CL. IC.

NICOLAI REVSNERI LEORINI SILESII

Quæstionum

SIVE

Consultationum Iuridicarum,

LIBER I.

In quo de causis Matrimonialibus potissimum agitur, ex auctoritate Pontificij & Cæsarei Iuris, & vtriusque Interpretum.

Cum INDICE Rerum, & Sententiarum locupletissimo.

BASILEÆ
EX OFFICINA PERNEA
Anno cIↃ IↃ XVC,

SYMBOLVM ET INSIGNE Gentilitium NICOLAI REVSNERI IC.

φέρε καὶ φέρε.



Stella quid hæc? Fatum. Leo quid? Mens celsa. quid istuc?

FER SIC FERRE, *Deus ferre quod ipse iubet.*

AD

ILLVSTRISSIMVM POTENTISSIMVMQVE PRINCIPEM, AC DOMINVM

D.

AVGVSTVM, SACRI ROM. IMPERII ELECTOREM, DVCEM

Saxoniæ, Landgrauium Turingiæ, Marchionem Misniæ, &c. Principem Opt. & Max.

Nicolai Revsneri Præfatio.

MAGNVM omnino, & arduum est opus, AVGVSTE, Princeps Elector Augustissime; personam in Republica tueri Principis: ma-

ximè verò eius, qui veluti alter quidam Deus ſit in terris: adeóq; Dei Opt. Max. locum inter mortales obtineat. Quam ſanè ad rem opus eſt non ſolum poteſtate, & maieſtate: verùm multò magis virtute, ac ſapientia quadam admirabili, vel planè potiùs diuina, vt nimirũ is totũ ſe componat ad Dei ipſius imaginem, quoquo modo in vita, & adminiſtratione ſua exprimendam: & legatum ſe eſſe cogitet, ac veluti adminiſtrum quendam in Regno ſuo poteſtatis, atque iuſtitiæ diuinæ. Nam & hanc ipſam ob cauſam paſsim Deus Reges ac Principes ſuo potiſsimũ nomine compellat: Ego dixi (inquit) vos Dij eſtis, & Filij Excelſi omnes. Significans nimirum, vt functionẽ, ita auctoritatem eorum omninò eſſe diuinam: qua rectè, & ſalutariter,

vt decet, vti debeant: tum in propagando, ac defendendo vero Dei cultu: tum in regenda tuendáque societate humana. Etenim verum esse puto, quod Plato scribit: nec reliquis animantibus animantes, sed potiùs homines; nec hominibus homines, sed vel Deos, vel Diis persimiles Heroes rectè imperare posse. Talis verò, & tam diuini Principis personam, Illustrissime & Augustissime Elector, C. T. Augustam potissimùm in Romano Imperio tueri; non potestas solùm, & Maiestas illa tua, sed virtus in primis, & sapientia summa, longéque maxima, eáque cum eximia & singulari quadam pietate, & bonitate; addo etiam felicitate, & auctoritate; coniuncta, satis abundè declarat. Quarum rerũ omnium multa sanè & illustria exstant do-

cumenta in imperio tuo: quod vt opibus firmiſsimum, & copiis locupletiſsimum, ita gloria ampliſsimum, & virtute honeſtiſsimum eſt: tũ verò pietatis & iuſtitiæ laude florentiſsimũ: de quo equidem ſatius eſſe arbitror me ſilere, quàm pauca dicere. Quò fit, vt quoniam apud omnes, non modò ſubditos, verùm etiam exteros, auguſta, ac propemodum diuina eſt auctoritas, & virtus tua; omnes pariter boni hanc auguſtè ſanctèque, tanquã numen aliquod ſalutare colant, ac vereantur: adeóque in fidem, clientelámque eius ſeſe quàm libentiſsimè conferant: memores Tullianæ illius ſententiæ: *Summi cuiuſque bonitatem commune eſſe perfugium omnibus.* Quod ſanè idem mihi quoque vſu venit in hoc tempore: quũ volumen iſtud Conſultationum Iuridica-

ridica-

ridicarum hortatu & suasu amicorum, in publicum emittendum foret; quo & minore periculo, & maiore cũ gloria in manus hominum istud perueniret; litteratorũ omnium more, ac instituto; augustũ in eo patrocinium tuum, & quasi præsidium vt implorarẽ: eodemq́; pacto meum in bonitate, sapientiáque tua celebranda ingenium, aut certè studium aliquo saltẽ modo ostenderem interim, donec maior, & melior se offerat occasio: tum verò gratam, & constantem memoriam multorum & magnorum meritorũ, ac beneficiorum, in vtraque Academia tua, tam Lipsiensi, quàm Vitebergẽsi, per integrum fermè quinquennium in me collatorum; vna & eadem opera vt contestarer: cui ego profectò vtrique; tanquam altrici, & obste-

trici meæ fidelisſimæ; omnem ſtudiorum meorũ profectum, etiam in iuris diſciplina, & ciuili ſapientia, ſecundum Deũ, libenter & vltrò acceptum refero. Quamobrem vt & munuſculum hoc literarium, qualecunq; illud, & quantulumcumq; ſit, benignè complectatur: & me ipſum vnà cũ eo in gratiam, vel potius tutelam ſuam recipiat: à Clementia illa tua verè auguſta & regia obnixè peto, quæſoque. Quã ego bono publico Reipubl. Chriſtianæ vniuerſæ quàm diutiſsimè, & quàm beatiſsimè viuere, ac valere, à Deo immortali precor, atq; exopto. ARGENTORATI Calendis Sextilibus MD XVC.

P. ME-

PAVLI MELISSI FRANCI,

Comitis Palatini & Equitis, civis Romani

MELOS

AD

NICOL. REVSNERVM LEORINVM. IC. & P. L.

REVSNERE claris addite vatibus,
Idemq́ sacræ fama Themistyos,
Quid ergo consultas sacerdos
In medium? quid in arboretis
Sedens, amœna ad litora Danubi,
Suades agendum? scilicet optimum est,
Et jus professoresq́ juris
Ritè sequi, placidisq́ sanctas
Haurire leges auribus, ac viam
Rectè docentum non (vt vbique fit)
Pravè retorquere, atque justas
In dubium revocare normas.
Præscripta veri regula quæ Deum
Agnoscit auctorem, ante alios locum

Tenere debebit ſupremum:
Deinde ſagacum hominum reperta
Partes ſecundas. at neque ſe Deo
Mortalium gens ſubdere amat, neque
Parére juſſis æquiorum,
Cæca ſui, & reliquis ruendi
In cæcitatem cauſa. Adeóne proh
Simus tyranni in noſmet, atrocius
Quàm belluarum ſævientes
Sæcula? quâ regione pacem
Coli putandum eſt? quæ fora litibus
Vacant remordentum? in quibus oppidis
Fraterna fixam corda ſedem
Vnanimi poſuêre mente?
Bellorum abunde eſt. exſulat heu quies!
Quis caſtum oliuæ pangere termitem
Auſit? quis hoſtiles tumultus
Frangere, & horribilem furorem
Sedare Martis? Ceu ſubitis vorax
Impune flammis, quà rapitur Noto,
Ignis per incenſas ariſtas
Obuia depopulatus arua,
Meſſem fauillis mutat inanibus,
Et ſpem colonis præripit: haud ſecus
Diſcordiarum fax nocentûm,
Fomite perpetuante gliſcens,

Civéſq;

Civesq́; & urbes innumeris solet
Mactare damnis. Cedite, cedite
Incendia augentes manipli,
Nec nisi funereos struendi
Rogos procaces. túque adeo furens
Manus latronum in Teutona viscera,
Modum exacerbandæ Megaræ
Pone, tribunitiisq́; linguis.
Fas tandem iniquæ mittere jurgia
Contentionis: fas, studium boni
Aequiq́; propagare, & almæ
Iustitiæ stabilire regnum.
Tu restitutor priscæ reciprocæ
REVSNERE *sortis, qua pote, devoca*
Astræan in terras relictas
Aetherio fugitivam Olympo.
Atqui futurum est, auguror, ut mali
Malos avaro gutture devorent,
Bonisq́; respirare detur,
Causaq́; pressa diu triumphet.

AVGVSTAE VINDELICORVM. A. M D XIIXC.
Mense Sextili.

Epigramma

VALENTINI THILONIS

de

NICOL. REVSNERO I C. nobili, P. L. Oratore, Hiſtorico, &c.

QVAE prior imperio REVSNERIA *regna teneret,*
Fervida cognatas lis movet orta deas.
Nobile nomen, ait Themis, eſt me præſide partum,
Vnde duplex Iuris nunc diadema gerit.
Ex me, Muſa refert, Lauri decora illa reſulgent,
Quæ meret Auguſto munere ſparſa comis.
Subdit Suada: meis ad Regum viribus aulas
Altior evaſit. me nova regna manent.
Scilicet incaſſum labor ille erupit in auras,
Quo tot priſca tenet ſecula! quarta refert.
Excipit has Pietas, & quid contenditis, inquit,
Vos habeo famulas, hic EGO *ſceptra gero.*

BASILEAE Rauricorum
cIↃ IↃ XVC.

CLARISSIMO CONSVLTISSIMOQVE VIRO, D. NICOLAO REVSNERO IVRISconsulto, Poetæ, Oratori, Historico celeberrimo, amico suo summo

S. P. D.

LEGI aliquot nō modò disputationes, verùm etiā consultationes tuas, REVSNERE clarissime: quæ me cùm ob prudentiam, & iudicij dexteritatem, tum verò ob elegantiam orationis, & perspicuitatem, in magnā traduxerunt admirationem. Magna profectò est ingenij tui felicitas, magna solertia: qui quum & poetico, & oratorio scribendi genere excellas: & in historiæ cāpis spatieris amplissimis: nihilo tamen minus in Iurisprudentia tantum præstas: quantum vix alius quisquam præstare possit: qui in hac sola disciplina omne suum tempus, studiumq; consumat. Quòd sanè si facere tibi liceat, vel potiùs libeat,

vt opinor: quantum consulendo, ac de iure respõdẽdo apud alios efficere possis, facilè intelligere mihi videor. Et quoniã intelligo, te in manibus habere Progymnasmata quædam forensia, & iudicialia, vnà cum illustribus quibusdam Iuris quęstionibus, & consultationibus: moneo te, & hortor amicè, ac diligẽter: vt publicę vtilitatis causa ea omnia, quę dixi, quãprimùm absoluas, & in lucem emittas. Cupio autẽ, vt, si vltimam manũ fortassis breui acceperint, eos libellos mihi transmittas: quos vt optimis typis descriptos recipias, studiosè curabo. Venio nũc ad proximas literas tuas: & in primis tibi gratias habeo & ago, ꝙ afflictioni meæ, ob aduersam valetudinem, adeò humaniter, & beneuolè condolueris. Ea verò nũc Dei Opt. Max. beneficio iterũ se recolligit: vt nihil in ea magnoperè desiderẽ amplius: nisi quod manus dextera, quâ rectè tamen, & satis expeditè ad alia vtor, nondum ad scribendum planè cõfirmata esse videtur: quæ causa est, quòd aliena manu scribo. Emblemata tua ante Calendas Februarias

rias

rias à Typographo te accepturum ſpero: qui ſatis ſtrenuè rē agit, & in his imprimendis celeriter progreditur. Mitto ſpecimen eorum, arcus aliquot iam excuſos: ex quibus de reliquis iudicium facere poteris. Mitto etiam Agálmata Poetica, ad calcē iam dudum perducta. Epiſtolę, quas miſiſti, valdè mihi placēt: quæ vt ſub finem operis tui ſimul excudantur, curabo diligenter. Si qua in re alia vis vti opera mea, libenter tibi gratificabor. Bene vale, vir præſtantiſſime: & me tui amantem, quod facis, redama. Francofurti ad Mœnum. XIII. Nouembr. Anno MDLXXX.

Tuus ex aſſe

IOANNES FICHARDVS V. I. D. & Aduocatus Reipubl. Francofurtenſis.

INDEX QVÆSTIONVM, SIVE CONSVLTATIONVM

LIB. I.

NICO-

NICOLAI REVSNERI LEORINI I. C.

Quæstionum, siue Consultationum Iuridicarum,

LIBER I.

De Sponsalibus publicis, & clandestinis.

QVAESTIO I.

MARCVS Cælius adolescens, cùm liberiùs aliquantò, & familiariùs viueret cũ Clodia, muliere non solùm nobili, sed etiam nota: vini plenus, & amore sæuo saucius, matrimonium ei promittit. Sed non ita multò post veteris pertæsus amasiæ; quum adolescentiæ cupiditates, vt fit, paulatim deferbuissent; ambit idem Pomponiam virginem nobilem: eamque tandem auctoritate tutorum, & voluntate propinquorum, in vxorem ducit. Clodia accusat Cælium de matrimonio: cuius non modò fi-

dem sibi ab eo datam, sed eandem quoq; arris firmatam: adeoque sui attrectatione quodammodò corroboratam fuisse asseuerat. Negat hæc omnia Cælius,

Quæritur, quid iuris sit,& quid fieri oporteat? & vtra ex his rata esse debeant sponsalia? Respondeo: Si quidem constet, rem adhuc esse integrã, publica sponsalia anteferri debere clandestinis: sin verò secùs, ne-
1 quaquam. Sunt autẽ Publica † sponsalia nihil aliud, quàm mutua repromissio futurarum nuptiarum, eaq; palàm & coram testibus facta: amicis, & propinquis consentientibus. l. 1. D. sponsal. c. nostrates. 30. quæst. 5.
2 Clãdestina † verò, quæ remotis arbitris, furtim & clàm facta sunt: id est, quę sine testibus, sine solennitate, sine publica denunciatione, deniq; sine parentum auctoritate contracta sunt. Gl. in c. 4. & toto tit. de clandest. desponsal. & Host. in Sum. eiusdem tit. §. quot modis contrah. spon. clandest. & Abb. & Præpos. c. vlt. eod. tit. Oldr. cons. 256. Dec. cons. 153. num. 2. & 3. Paris. cons. 13. num. 42. lib. 5. Socin. Iun. cons. 31. num. 48. & cons. 86. num. 62. lib. 2. quos cum aliis compluribus recenset Menoch. cons. 199. nu. 40. lib. 2. Quod autem publica sponsalia, siquidẽ cætera sint paria, semper præ-
3 ferenda sint † clandestinis, manifesti iuris est: secundum text. & not. per Abb. & Alex. super glos. in c. 2. de clandest. despons. in verb. rationabilis: siue ea vterque coniugum, siue alteruter duntaxat confiteatur. Quo
4 casu tamen opus est probatione † testium: quæ qui-
5 dem semper incumbit † affirmanti. l. 2. D. de probat. l. qui accusare. C. de eden. l. actor. vbi Salic. & Dd. C. de probat. §. non solùm. vers. & verius est. Instit. de legat. qua nimirum facta, is, qui negat, a iudice compellitur ad fidem matrimonij præstandam. Gl. Panor. & Dd. in d. c. 2. & Host. eod. tit. §. vtrũ clandestina publicis. Neque sanè refert, vtrum clandestina hæc sponsalia fue-
6 rint iurata, † arrísue confirmata, nécne. c. sicut ex literis. cùm ibid. not. de sponsal. c. 1. de sponsal. duor. Host. in Sum. tit. de sponsal. num. 4. Panorm. in c. præterea. eod. tit. Specul. in tit. de legato. §. nunc ostendendum.

Modò

Modò ea, copulæ interuentu † non sint confirmata: 7
quæ facit, vt sponsalia iam transeant in matrimoninm.
c.veniens. & c.is qui fidem. de sponsalibus. Nam tunc
ex commixtione corporum præsumitur † consensus 8
coniugalis, ne amplius iam delictum existimetur. arg.
l.meritò. D.pro socio. l.Q.Mutius. D.de donat.int.vir.
& vxor. adeò vt non facilè admittatur in contrarium
probatio. gl.in d.c.is qui fidem. & in c.ferrunt. dist.50.
Fa.not. p Dd.in l.siue possidetis. C.de probat. Felin.
in c.quantum. de præsumpt. num.3. Alciat.in tract.de
præsumpt. in princ.part.2. num.9. Cæterùm cur pu-
blica sponsalia preferri soleant priuatis, siue clandesti-
nis, id profectò ratione non caret. Quoniam † enim 9
coniugium, vt Apostolus monet, honorabile esse de-
bet: publica nimirum hoc requirit honestas, atq; vtili-
tas, vt matrimonia palàm, & in conuentu hominum,
† maximè autē eorum, qui propinqui, aut affines sunt, 10
contrahantur: vt not. Angel.in consil.10. & Boer.cons.
4.num.4. Adeò vt in matrimonio contrahendo testes
† rogari oporteat: secundum gl.in 4.quæst.3. §.item. 11
in fi. & rursus in §.si debitum: & in c.de his. vbi Lud.Bo-
log.3.quæst.9. Et not. Accurs.in l.nullum. D.de repud.
Iason in l.clàm.num.10.D.de acquir.possess. Bart.in l.2.
C.de his, qui pub.rat.lib.10. Specul.in tit.de testib.§.1.
vers.item quod non fuit. Barbar.consil. 45.lib.1. Rom.
Sing. 712. Licet diuersum quadantenus sentire videa-
tur Butr.in c.ex parte.de sponsal. & Aret.consil.13.col.
3. Quò fit, vt qui clàm contrahunt nuptias, non modò
grauiter peccent: † c.cum inhibitio. de cland.despon. 12
Abbas in c.1. nu.2. eod.tit. quippe quorum coniugia,
† stupra potius, aut adulteria, aut contubernia appel- 13
landa sunt, vt rectè monet Euaristus Pontifex in c.ali-
ter. 30.quæst.5. & Hostien. in Summa, de clandestinis
desponsal. & Socin.cons.17.lib.1. Barbar.cons.54.lib.1.
Curt.Iun.cons.64. num.3. & cons.289. nu.4. Roland.
cons.93.num.30.lib.3. Menoch.cons.199. num.41. lib.
2. Verùm etiam † si odio se prægrauet alieno, & suspi- 14
tione sinistra. c.1. vbi Dd.de clandest.desponsf. & Dec.

&Hieron.Cagnol.in l.quo tutela. §.clàm. D.de regul.
iur. Parif.confil.57.num.4.vol.4. Quandoquidem ex
15 occultis & clandeftinis contractibus † plerunq; fraus,
& dolus præfumitur. Bald. Salic. Cornel. in l.2. C.de
repud.hæred.& l.ab Anaftafio. C.mandati.vbi Bald.&
in l.3.C.de fumma Trinit. Innoc.in c.1. de fid.inftrum.
Iafon confil.141.lib.4.Decius confil.235. Crauet.conf.
129.num.11.& conf.178. num.6. Rom.Sing.214. Tiraq.
de retract.conuent.num.13.& 14. Nemo autem ex fuo
16 dolo iuuari debet †:iuxta vulgatam iuris regulam in c.
ex tenore.& c.fedes. de refcript.cum fimilibus. Sed &
17 res mali exempli † funt eiufmodi fponfalia clanculùm
contracta, cùm ob difficultatem probationis, & me-
tum periurij, tum verò ob leuitatem quandam, & li-
centiam matrimonij cum pluribus contrahendi: fe-
cundum glof.in c.1. 30.quæft.5. Taceo quàm malos &
18 difficiles plerunque exitus † habere foleant eiufmodi
matrimonia clandeftina: argum.text. in c.requifiuit.
19 de fponfal. vt non fine caufa ea canonibus † prohibi-
ta, & pœna fancita effe videantur: ficut hoc patet ex c.
aliter. 30.quæft.5.& ex toto tit.de clandeft.defponfal.
vbi Hoft.in Sum.& Socin.in d.conf.17.lib.1. Vnde pro
20 clandeftinis nuptiis, aut fponfalibus, ne lex quidẽ ipfa
aliquid præfumit: argum.l.vlt. D.de ritu nupt. & c.vlt.
§.fi quis verò. de clandeft.defponfal. Et not.Accurf.
Bald.& alij in l.1. C.de interd.matrim.& Boer.in conf.
4.num.4. Parif.conf.57.num.7.lib.4.in quo eleganter
vniuerfam hanc clandeftini matrimonij materiam ex-
plicat. Porrò quænam aduerfæ partis fint argumen-
ta contraria, deinceps confiderandum effe arbitror: vt
fi difputando ea ritè fuerint confutata, magis caufæ
21 huius elucefcat veritas.† l. munerum. §. mixta. D. de
muner.& hon. & l.2.§.his legibus. D.de orig.iuris.cum
not.per Iaf.in l.cùm quidam.nu.8.D.de liber.& pofth.
Ariftot.lib.1.Elench.c.vlt.& lib.3.Rhet.c.4.Tria autem
funt, quæ ab aduerfa parte obiici poffe animaduerto:
fides nimirum matrimonij data: deinde annuli fubar-
ratio. tum mulieris ipfius attrectatio. Primùm igitur
fenten-

ſententiæ noſtræ repugnare videtur promiſſio matrimonij ꝑ temulentiam Clodiæ à Cælio facta: quæ obſtat, quò minus is alteri ſpondere nuptias potuerit: quandoquidem priora ſponſalia ſemper præferuntur † poſterioribus: tametſi hęc per copulam fuerint con- 22
ſummata: vt eſt tex. in c. 1. & 2. & c. licet. & c. fin. de ſponſa. duorum. & c. ſi inter virum. de ſponſalib. vbi dicitur, quòd ſi legitimus inter virum & mulierem interueniat conſenſus de præſenti: ſiue iuramentum ſit interpoſitum, ſiue non: minimè liceat alteri ad alia vota tranſire: quod ſi fecerit, ſecundum matrimonium de facto contractum, etiamſi carnalis copula ſubſequuta ſit, ſeparari, & primũ in ſua firmitate manere debeat: adeò vt conſuetudo in contrarium non valeat. d. c. fin. extrà: de ſpon. duor. Cuius ſanè iuris hæc eſt ratio: quòd ex quo prius vinculum ligat: † ſequens vinculum nullius 23
ſit momenti: per Hoſt. in Summa. de clandeſt. deſpon. nam & coniuges † veriùs appellantur à prima deſpon- 24
ſationis fide: quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus. c. coniuges. 27. q. 2. & c. coniux. c. cùm initiatur. c. ſi quippe. eod. tit. Itaque matrimonium ſecundum, lite pendente, in præiudicium primi contractum, quod nullo modo fieri debuit, ſequeſtrari † ſolet, & copula vnà interdici. c. tua fraternitas. de 25
ſponſ. duor. c. tenor. vbi gl. de re iudic. Quin imò potiùs pœnam is meretur grauiſſimam, qui in contem- 26
tum eccleſiæ aliud matrimonium, lite adhuc pendente contraxit. c. 1. & 2. de matrim. contrah. interd. eccleſ. contracta. & not. gl. in c. cùm in Apoſtolica. verb. impoſita. de ſponſ. ne ſcilicet cuiquam fraus ſua patrocinetur. vbi c. 2. Abb. de ſpon. duor. Et in terminis hoc tradit Dec. conſ. 163. col. 5. & Nat. conſ. 250. num. 9. in fin. lib. 2. Sed hæc quidem iura omnia (vt breuiter reſpondeam) ita demum valent: ſi cætera, vt dixi, ſint paria: id eſt, ſi matrimonium illud prius pariter ſecundum leges contractum ſit: quod nullo modo ſolui poteſt per matrimonium † ſecundum: etiam carnali co- 27
pula conſummatum. c. ſi inter virum. de ſponſal. cùm

§.alleg. Neq; enim ad substantiam matrimonij ipsius,
28 maius aut firmius vinculum confert ipse † concubitus,
vt Panorm. ait, in d.c.vlt. de spon. duor. Siquidem nu-
29 ptias † solus facit consensus, nō concubitus. l. nuptias,
D. de regul. iur. c. sufficiat. 27. quæst. 2. c. cum locum. de
sponsal. & matrim. Tunc igitur locum habet regula il-
30 la diuina: Quos Deus † coniunxit, homo ne separet.
c. deinde. 36. dist. c. 2. in princ. de translat. episc. Gen.
c. 2. Matth. 19. Quæ neutiquam referenda est ad ma-
trimonia illa clandestina: quippe quæ non Deus, sed
praua coniunxit libido, aut improbitas hominum, &
malitia. Itaq; nō iam pro matrimonio, sed potiùs adul
31 terio, † aut stupro haberi debet, si hoc modo contra-
ctum est matrimonium. d. c. aliter. 30. q. 5. cum §. alleg.
32 Sed & duobus modis dicitur fides, † pactionis scilicet,
& consensus: illic pœnitētiæ locus est: hîc verò nequa-
quam, vt est text. in c. duobus. 27. q. 2. Quanq̃ quorsum
opus est in his refutandis multum immorari, quum ne
certū quidem sit, an fides vlla matrimonij sit data Clo-
diæ: quod constanter admodum, & verè, vt opinor, ne-
33 gat M. Cælius. Actore igitur non probante, † reus ab-
soluendus est. l. actor. C. de probat. l. qui accusare. C.
de eden. c. actor. & c. accusator. vbi gl. 6. q. 5. præsertim
34 quum pro actore nō stat † iuris præsumtio. l. siue pos-
sidetis. C. de probat. Bart. in l. illa stipulatio. nu. 10. de
verb. obl. Nam quod matris Clodiæ, ac sororis ad hanc
rem probandam allegatur testimonium, nullius mo-
menti est: quandoquidem iure ciuili reprobatū est in
35 ea re domesticū testimonium. §. pater. Inst. de testam.
ord. l. pen. & l. 2. D. & C. eod. Sic eñ appellatur dome-
36 sticum testimoniū, † quod est eorū, q sunt vnius eius-
demq; familiæ, secundum Theoph. Inst. eod. quorum
perinde habetur testimoniū, ac si à semetipso perhibi-
tum foret. l. ne enim. D. de furt. More aūt maiorū con-
stitutum est, autore Tull. vt ne minimis in rebus homines
amplissimi testimonium de re sua non dicerent, vt est
in orat. p Sex. Rosc. Quia, vt Pomp. ait, nullus in re sua
37 testis † intelligitur idoneus. l. nullus. D. de testib. Itaq;
nec

nec pater testis idoneus est filio, † nec filius patri, qđ 38
& in matre & filia obtinet.l.testis. D.de testib.l.paren-
tes.C.eod.tit.propterea,quòd ꝓ vna & eadẽ persona,
† oẽs habẽtur.l.vlt. C.de impub.subst. & ꝙ vox patris, 39
† aut matris, tanꝙ filij, aut filiæ vox est: sicut & filij fi- 40
liæq; vox,tanꝙ patris aut matris intelligitur. §.ꝙ si qs.
Inst.de inutil.stipul.l.dominus.&l.quod dicitur.D.de
verb.oblig. neq; idonei videantur esse testes, † quibus 41
imperari potest,vt testes fiãt.l.idonei,D.de testib. Ea-
dem quoq; ratio est fratrum,ac sororum: qui ꝙ in vna
sunt potestate,† ꝓ vno corpore familiæ habentur.l.fra 42
ter. D.de cond.indeb. cum simil. quorũ idcircò suspe-
cta est fides † & religio testimonij, secundum Host. in 43
Sum.de testib.vers.vbi aũt. Licet Panor.in c.super eo.
de testibus. col.pen. dicat,minùs suspectũ esse sororis
aut fratris testimonium,† ꝙ ipsorũ parentum:cui fides 44
adhibenda esse videatur, aliquando maior, aliquando
minor: nimirũ ꝓ ratione ipsius affectionis, aut neces-
situdinis,& ꝓ eo,quod cuiusq; interest:secundũ not.ꝑ
gl.in c.in literis.de testib. & Hug.in Sum.3.q.5. & in c.
consanguinei.iuncta gl.3.q.5.idq; tũ demũ potissimũ,
quũ innocentia rei probanda est in criminalibus: quo
casu etiã domestici,& cognati, & fratres ad defensionẽ
admittuntur testes.Spec.in tit.de inquisit.§.1.vers.sed
nunquid.Bal.in l.parentes.C.de testi. per c.literas.de
præsumpt.Et latè hoc explicat Mars.in l.vnius.§.cogni
turum. D.de quæst.col.11. & Alex.cons.5.col.3.in prin.
lib.1. Io.de Ana.cons.59. Natta.cons.359. nu.2.lib.2.&
cons.412.nu.22.lib.eod.quam com.esse testatur opin.
Hipp.Bonac.com.opin.crim.lib.2.nu.31.vers.innocen
tia.Sed & inimici testis,† aut alterius,ꝗ suspectus est,iu 45
re improbatur testimoniũ, vt not.Bal.in Auth.si dicat.
C.de testib. & in l.præscript. C.cont.ius,vel vtil.publ.
Abb.in c.cũ oporteat.& in c.repellant.de accu.cũ sim.
Propterea ꝙ ementiant sæpe homines in eos quos o-
derũt: eaq; de causa iniquis.esse videat, † hanc patêre 46
inimicis viã,vt quẽ oderint,eũ possint tollere testimo-
nio,secũdũ Tul.in ora.ꝓ M.Font.Quod adeò verũ est,

47 vt ne in crimine † quidem læsæ maiestatis, inimico fides adhibenda sit, secundum Bartol.in l.in quæstionibus.D.ad leg.Iul.maiest.Alex.cons.126.lib.4.& cons.11. lib.1. Dec.cons.175. Gram.cons.46.& 70. Quò etiam illud pertinet, quòd si quis ob emolumentum suum
48 cupidiùs aliquid dicere videtur, † minimè huic credere cõueniat: eodem Tullio auctore in loco citato. Fa. text.in l.deferre.§.idem decreuerũt.vbi Bart.D.de iur. fisc.&in c.nihil sanè. vbi Innoc.de arbitr.&in l.nullos. D.de testam.&in l.in omnibus.C.eod.tit. Quid?quod ad probationem contractus,qué clàm factum esse con
49 stat, trium † requiratur testium auctoritas? vt singularis est gl.in Auth.de instrum.caut.& fid.vers.hoc sancitum. quam sequitur Franc.in c.1. de cland.desp. cõtra l.vbi numerus.D.de testib. & c.in nomine. ext.eod.tit. Fa.quæ tradunt Dd.in c.præterea.de testib. Iason in l. cum ea.C.de transact.Bart.& Dd.in l.si quid ex argentariis.§.penul.D.de edend. Alex.cons.211.lib.2. & cons.
50 156.lib.5. Maximè verò in causa matrimonij † circumspectos testes,& fide dignos,omniq; exceptione maiores esse oportet. c.1. de consang.& affin. vbi Dd.communiter. & in c.in literis.de testib.c.insuper.qui matr. accus.poss. Quibus consentaneè docét Felin.in rubr. de sponsal.nu.15. Alex.cons.150.& seq.lib.5. Dec.cons. 163.&311. Socin.cons.17.lib.1. Paris.cons.53. num.8.& 10.& cons.55.nu.18.lib.4.Crauet.cons.169.nu.2.à quibus omnibus vno cõsensu traditur,quinã testes dicantur, omni exceptione maiores, aduersus quos scilicet nullus omninò defectus opponi queat. Quibus astipulantur Abb.& cæteri Dd. in c.at si clericis. de iudic. Fel.in c.cum Ioan.de fide instru. Dd.in §.item verborum. Instit.de inutil.stipul. Prædictis addo,quòd mu-
51 lieres fermè omnes, vt & pueri, † leui sunt sententia: quod Terentius scribit in Hecyra: vt meritò locum habeat hîc Catulli illud:

——Mulier cupido, quod dicit amanti,
In vento & rapida scribere oportet aqua.

Cum quo congruit alterum illud Xenarchi in Pentathlo

thlo apud Athenæum, lib.10. *Inscribo vino, si qua iurat*
fœmina. Quantò magis in vino scribere † conuenit, si 52
quid fortasse in vino dixit imprudẽs, & incautus ado-
lescens, amore flagrãs iuuenili: cuius sanè furore † ni- 53
hil est vehementius: quem retinere,† Philosophiæ est, 54
perfecta monentis, & insilientem, atque inhærentem
concupiscentiam refrenantis, vt præclarè monet Imp.
Iustinianus in §.nouimus. Authent.quib.mod.nat.fil.
col.6.vt non sine causa dixisse videatur Mimus:

Amare & sapere vix Deo conceditur.

Pessimi siquidem omninò, & imprudẽtissimi consilia-
rij sunt Amor & vinum, † sicut Poëta illud declarat: 55

Nox & Amor, vinumque nihil moderabile suádent.

Nam vbi dominatur ebrietas, † ibi dominatur furor & 56
libido. c.venter. & c.luxuriosa. dist.35. quæ verè est, vt
gl.ait, mentis obliuio. † c.vinum.dist.25.aut, vt Plinius, 57
mors memoriæ: vt Pythagoras, insaniæ meditatio: vt
Chrysippus, parua dementia: vt Seneca, voluntaria in-
sania: cuius præmium fit portentosa libido, & iucun-
dum nefas. Quò fit, vt quum vinolenti neque corpo-
ris, neque mentis sint compotes, † secundum Xeno- 58
phontem illum Socraticum: quippe quibus mentis e-
uertit statũ ebrietas. † c.vinolentum. dist. 35. non ma- 59
gis ac furiosi consentire possint: q toto aberrant men-
tis iudicio. † §.vnde.Instit.de nupt. l.si furiosi. C.eod. 60
l.furiosi.D.de regul.iur. Qui enim errat,† non consen- 61
tit.l.si per errorem.D.de iurisd.om.iudic. l.2.D.de iud.
Mar.Socin.in c.dilectus.de sponsal.quum nihil sit tam
contrarium consensui, † quàm error, qui imperitiam 62
detegit.d.l.si per errorem. & l.nihil.D.de reg.iur.cuius
idcirco obligatio nulla est,† ne quidem naturalis, mul- 63
toque minus ciuilis, tanquam consensu omni destitu-
ta. l.si quis. in princ. D de fideiuss. l.dolum. vbi Alc. &
Dd.not.C.de dolo.c.vnusquisque.22.q.4. vbi dicitur,
periurium non esse, si non seruetur, quod ebrius inter
vina iurauerit. Neq; sanè ex luxuria, aut delicijs potiùs
quàm ex iusta & honesta affectione, cõtractus æstima-
ri oportere, pulcrè docet Vlpianus in l.illud in causis.

64 D.de manum.vind. Nam si quidem à culpa non excusat ebrietas: tamen à dolo ea excusat: vt est communis opinio Clar.q.60.vers.præterea quæro. Soarez.vers. ebrietas. num.1. Tiraq.in tract. de pœn. temper. post gl.in c.sanè. 15.quæst.1. Et pulcrè Mar.Salomonius in tract.de volunt.& inuolunt. Sed hæc de primo argumento hactenus respondisse sufficiat: in quo omnis controuersię huius vis posita esse videtur. Venio nunc ad secundum, quo probatur, coniugium inter eos contractum esse ex arræ datione, vel potius annuli, vt vocant, subarratione. Nã certi iuris esse affirmant aduersarij: arrarum dationẽ confirmare omnẽ contractum,
65 † vt facilior eius sit probatio. l.quod sæpe.vbi gl.in verbo, euidentiùs. D.de contrah.empt. ac proinde etiam matrimonij ipsius contractum: cuius signum & argu-
66 mentum † sunt ipsæ arræ datæ.c.præterea. de sponsal.
67 & c.si quis desponsauerit.27.q.2. Nam subarratio † annuli præsumtionem inducit matrimonij. gl.1. in c.fin. de sponsal.impub.& in c.tenor.verb.subarrasset. de re iudic.per text.in c.nostrates.& in c.fœminæ.30.q.5. Et not.Abb.in c.illud. in fin. de præsumpt. Ant.consil.13. num.4.& Imol.consil.161.num.6.Gram.consil.26.nu. 14. Cephalus cons.435. num.62.lib.3. Ego verò nego, arrarum dationem, aut etiam annuli subarrationem simpliciter facere matrimonium, nisi verba præcesserint ad matrimonium contrahendum apta, & idonea:
68 † quorum maior est vis, quàm ipsius subarrationis. Panormitanus in c.fin. nu.7. de despon.impub. & c.1. ad fin.de spons.duor. vbi hoc modo declarat text.in l.arris. C.de spons.& traditionem annuli semper æstimandum esse monet, secundum verba ipsius contractus, quæ præcesserunt. Talis enim præsumitur contractus,
69 qualem † verborum proprietas demonstrat. l.interest. in verb.tantum quantum lectio probat.vbi Ang.& Sal. C.de solut. Hier.Franc.in l.furiosi. D.de reg.iur. nu.4. Licet aliâs in dubio ob eiusmodi causam semper ferè
70 præsumatur † pro matrimonio: nimirum vt valeat hoc potius, quàm pereat. l.quoties. D.de rebus dubiis.l.in ambiguis.

ambiguis. D. de iure dotis. Quia matrimonium res est
fauorabilis, † vt in c. literis. de præsumpt. & in c. final. 71
de re iudicata. & in c. videtur. in fin. qui matrim. accus.
poss. Hostie. in Summa, de sponsalib. sub rubricella de
matrimoniis. §. qualiter contrahatur. versic. quid si. ta-
lit. Anton. de Butrio. in c. ex parte. de sponsalib. quos
refert Natta consil. 249. in fin. num. 7. lib. 2. Deinde
arras nego signa, † & veluti quędam esse symbola con- 72
tractus perfecti, sed tantũ perficiendi. Didac. Couar.
in Epitome de sponsalib. part. 2. c. 4. num. 3. in fine. per
textum in l. arris. & l. fin. C. de sponsalib. & per glos. in
c. gemma. verbo, stipulatio. de sponsalib. Dd. in l. Ti-
tia. in princip. D. de verborum obligatione. Paris. cons.
15. num. 36. lib. 2. & consil. 55. num. 44. & consil. 60. nu.
48. lib. 4. Menoch. consil. 199. num. 52. lib. 2. Quippe
qui solo consensu, † non arrarum datione potissimùm 73
firmatur, & constituitur. §. primo. Instit. de emptione
& venditione. Quemadmodum igitur is, qui consi-
lium mutans, à contractu recedere statuit: quod im-
punè eum, ante perfectum contractum, † facere posse 74
manifestum est: cogitur ex arrarum datione, qui sin-
gularis per se est contractus, † aut amittere eas, siqui- 75
dem est emptor: † aut duplicatas reddere, si est ven- 76
ditor: dicto §. primo. in fin. & l. contractus. Cod. de fi-
de instrum. Ita in matrimonio idem quoque meritò
seruatur, vt donec aliquid deest ex eo, quò minus per-
fectum & purum sit matrimonium: † initiò & pœnite- 77
re, & sine pœna ab eo, vt à quouis alio contractu, re-
cedere liceat: sin autem arras quis dederit, vt aut lu-
cretur eas, si in alio contractus deficiat, aut certè du-
plum restituat, † si ex defectu suo non subsequatur mà 78
trimonium, l. arris. & l. vltima. Cod. de sponsalibus. Et
notant Panormitanus in cap. gemma. & Hostiensis in
Summa, eiusdem tit. de sponsalibus. Quùmque ar-
rarum mutiplex vsus sit, & varius, quæ in aliis quo-
que dantur contractibus: † eamq; ob causam nihil cer- 79
ti probant. c. illud. de præsumptione. Vanum est pro-
fectò, veritatem ex his colligere ipsius matrimonij,

vt per Abb.in c.fin.de deſponſat.impub.Quandoqui-
80 dem nō probat hoc eſſe, † quod ab eo contingit abeſ-
ſe.l.non hoc. C.vnde legit.l.neque natales.C.de pro-
bat. c.inter. §.cùm quis. de tranſlat.epiſcop. quum in
ſignum amoris, aut futurorum duntaxat ſponſalium
81 eas donaſſe intelligatur: † vt not.per Abb.in c.tuæ.nu.
7.de deſponſat.impub.&in c.fin. de ſpon. Pariſ.conſ.
60.num.42. lib.4. quæ ob metum odij, aut diſcordiæ
82 inter coniuges futuræ facilè diſſolui † poſſe conſtat: vt
ſic pœnitere liceat, & ad alias nuptias conuolare. c.ſu-
per eodem.de condit.appoſ.Panor.in c.per tuas.eod.
tit. Abb.in c.requiſiuit.num.4.de ſponſal. Felin.conſ.
26.nu.21.Quibus idcircò ſemper anteponuntur ſpon-
83 ſalia, vt vocant, de præſenti: † eaque palàm & purè co-
ràm teſtibus celebrata.c.ſi inter virum.de ſponſal.quę
propter conſenſum expreſſum, ſtatim vim ſortiuntur
84 veri matrimonij, † argum.l.cùm fuerit. D.de condit.&
demonſtr. & c.ſufficiat. 27.q.2. Panorm.in c.ſuper eo.
col.2. de condit.appoſ. vt minimè opus eſſe videatur
longiore aliqua probatione in ſponſalibus eiuſmodi
clandeſtinis contractis,quibus meritò præiudicant pu
blica, quorũ probatio certa & perſpicua eſt, quæ pro-
85 bationi ſemper antefertur præſumtæ. † l.ob carmen.
§.ſi teſtes.D.de teſtib.Dd.in c.2.de cland.deſpon. Et la
tè tradit Socin.conſ.170. col.1. lib.2. Gozad.conſil.77.
nu.12.Neque enim matrimonium vllum præſumitur,
86 † niſi probetur. gl.l.1. §.ſi ead.verb.vxori. D.de vent.in
poſſeſ.mitten.c.1.de conſang.c.illud. de præſumpt. in
quo, tanquam in cauſa capitali, & ardua, ſemper opus
87 eſt probationibus luce meridiana clarioribus. † Iaſ. &
Dd.in l.admonendi. C.de reb.cred.& iureiur. Bart.in
l.1. §.ſi ea. D.de vent.in poſſeſs.mitten. Alex.conſ.143.
nu.4. Angel.conſ.34. nu.4. & 5.lib.1. Præſertim quum
de matrimonio infringendo agitur: ſecundum gl.Bar.
& Dd.in c.mulieri.& in c.fin.de iureiur. & Bald.in l.bo
næ fidei.col.2.num.1.in fin.C.de reb.cred.Quum ma-
88 trimonium facti ſit, † non iuris, ſecundum Bart.conſil.
42.circa princ.quia ſcilicet contractus eſt.§.1. Inſtit.de
nupt.

nupt. verb.contrahunt. vbi gl. Et tradunt Alex.consil. 1:0.num.1.lib.6. Dec.conſ.310.col.1.Pariſ.conſ.59.nu. 1.lib.4.& conſ.61.num.1.Menoch.conſ.197.lib.2.num. 19.& conſ.199.num.2.lib.2.Socin.Iun.conſ.86.num.5. & conſ.88.num.7.lib.2. Nam & cæteri contractus ſunt 89
facti. † l.conſilio. D. de curat.furioſ. Facta autem non præſumuntur, † niſi probentur. l.in bello.§.facta.D.de 90
capt.& poſtlim.reuerſ. l.quæcunq;. §.fin. D.de Public. in rem act.c.cùm in iure.de offic.& poteſta.iud.deleg. c.in præſentia.de probat.c.Raynutius.& c.Raynaldus. de teſtam.Corñel.conſ.68.nu.14.vol. .Alciat.in tract. præſumpt.reg.præſ.2.num.5.cum allegatis. Sed &,vt Bald.ait, matrimonium † habet ſubſtātiam in conſen- 91
ſu, formam in ſolennitate verborum, probationem in fide teſtium,aut inſtrumentorum.c.innotuit.de elect. col.pen. Idq; nō ſolùm obtinet iure Canonico, quod in matrimoniis potiſſimùm ſpectatur. † c.per venera- 92
bilem. vbi Panor.& Dd.alij.qui fil.ſint legit. Soc.conſ. 49.num.5.lib.2. Bald.l.4.&.5.C.de nupt.verùm etiam ciuili iure nouiſſimo,quod derogat priori. † l.fin.D.de 93
conſtit.princ. l.1. D.ad l.Aquil. quo & ipſo non præſumitur cōtractum matrimonium, niſi probetur: † vt eſt 94
communis opinio , ſecundùm Sozin.in d.conſ.39.nu. 5. lib. 1. per §.quoniam. vbi Angel.in Auth.quib.mod. nat.effic.legit.quem citat Vueſebec.cōnſ.44.lib.1.nu. 37. Supereſt deinceps argumentum tertium , quod vt per ſe, & vi ſua leue,ac friuolum, ita cum honore & lau de partis aduerſæ parùm admodum coniunctum eſſe puto. Nam obiicitur Cælio crimen , quòd libidinoſè attrectarit Clodiam : ex quo matrimonij ſecum contracti demonſtrare vult fidem, ac religionē. Siquidem non coitus, † verùm etiam ipſe complexus , concubi- 95
tus,confabulatio,oſculatio,& vnà cubātium fœda turpiſque dormitio,virginem, aut mulierem corrumpūt. c.nec aliqua.27.q.1. Egregiam verò laudem,ſi qua non nupta mulier (liceat enim mihi ad hoc crimen amoliendum verbis Tullianis vti) domum ſuam patefecerit omnium cupiditati:ſi hoc modo palàm ſeſe in me-

retricia vita collocârit: si adolescentum alienissimorum conuiuiis vti voluerit: si denique ita sese gerere instituerit, non incessu solùm, sed ornatu, atq; comitatu: non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, conuiuiis, vt non solùm meretrix, sed etiam procax videatur: cum hac si quis adolescens fortè fuerit, vtrum hic expugnare pudicitiam, an potius explere libidinem voluisse videatur? Quanquam igitur in nuptiis conatus nihil opera-
96 tur.† c.adolescens. de sponsal. eoque amplius nō concubitus, aut virginitatis defloratio, sed voluntas, & pa-
97 ctio coniugalis facit coniugium. † c.matrimonium. c. cùm initiatur. & c.sic quippe.27.q.2.cum §.allegat. tamen ne plura in medium afferā, quæ viam nobis præbent, rationemq; defensionis certissimam, atq; tutissimam: satis magnam ad refutandum facultatem afferre istud vnicum videtur, quod vulgata regula habet: neminem, qui turpitudinem suam alleget, audiendum
98 esse. † c.inter dilectos. vbi gl. de donat. l.si creditorib. C. de ser.pig.da.ma.l.transactione finita. C. de transactione. l.cùm profitearis. C. de reuoc. donat. Quæ regula vel maximè tunc locum habet: Si quis principali-
99 ter agat,† non excipiat. l.de tutela. C. de in integr. rest. min. cùm ibid. not. maximè verò si commodi aut emolumenti sui causa faciat. l.viro atq; vxore. D. solut. matrimonio. l.apud Celsum. §. Marcell. D. de dol. except. Et est cōmunis opinio Dd. secundum Capram in reg.
100 23.num.24. Secùs autem, † si animę hoc, aut conscientiæ ipsius concernat periculum, aut fauorem Ecclesiæ: vt not. ibid. Capra nu.2. & 3. Et citat Hippol. Bonacoss: c.im.opin.lib.1.verb.turpitudinem. Ex quibus omnibus perspicuum esse arbitror, sponsalibus clandestinis (quæ an, & quomodo contracta fuerint, satis haud apparet) minimè impediri debere publica sponsalia: ac proinde Cælio, repudiata Clodia, ius esse ducendæ Pomponiæ: saluo tamen aliorum prudentium, & rectè sentientium iudicio.

Di

De Sponsalibus purè, & sub conditione contractis.

QVAESTIO II.

CAIVS adolescens matrimonium cum Caia virgine contraxit, sub conditione illa. Si pater consenserit. Patre diu aduersante & repugnante: ac vix tandē amicorū precibus consentiente: pœnitere interim Caius filius: eoq; amplius iam cū L. Titia purè ac simpliciter contrahit nuptias: patre ipso ignorāte, aut saltem conniuēte. Quæsitum fuit, vtra debeat esse Caio vxor? priórne illa Caia, an Titia posterior? Quæ sanè controuersia siquidem prima fronte inspiciatur: equidem dicendum esse videtur: posterius valere debere matrimonium, non autem prius: cuius sententiæ rationes hæ afferri posse videntur. Primùm enim, vt ex quouis alio contractu purè ac simpliciter facto, statim & continuò nascitur † obligatio. §. omnis stipulatio. 1
Instit. de verbor. oblig. l. eum qui Calendis. §. 1. D. eod. tit. l. in omnibus. de reg. iur. Ita ex matrimonio quoque puro & simplici: id est, sine diei conditionísue ad- 2
iectione contracto, secundum ea, quæ tradit Abb. in c. super eo. de condit. appos. Contrà autem, sicut ante conditionis euentum † nec obligatio, nec actio o- 3
ritur. dicta l. eum qui. & l. centesimis. l. interdum. D. de verbor. oblig. l. cedere diem. D. de verbor. signific. Ita pendente conditione, † ipsum quoque suspendi- 4
tur matrimonium. l. si quis sub cōditione. D. si quis omissa causa testam. donec nimirum impleatur conditio, vt notat idem Abbas in dicto c. super eo. quippe qua pendente, † actus non dicitur necessariò perfe- 5
ctus. §. quod si pendente. D. de peric. & comm. rei venditæ. l. Mæuius. & l. cohærede. D. de conditione & demonstratione. Socinus Iunior consil. 512. num. 6. lib. 1. Paris. consil. 82. num. 7. lib. 4. Sicut nec contractus

6 conditionalis propriè dicitur contractus, secundum Aretin.cons.11. nu.2. quem ad hoc citat Menoch.cons. 68.num.30.lib.1. Itaq; si aut conditio illa non impleatur, aut si antequam impleatur, cum altera purè simpliciterq; contrahatur, omnis prioris † dissoluitur con
7 tractus matrimonij: per tex.in c.de illis. & c.super eodem.vbi gl.communiter approbata, in verb.alieno arbitrio. & gl.in c.seq. de cond.appos. Quo in loco rationem hanc affert Panorm. quòd nimirum eiusmodi matrimonium sub conditione contractum æquiparetur sponsalibus,† vt vocant,de futuro: quibus alias anteferri solent sponsalia purè † & simpliciter contracta. c.1.de sponsal.quæ veri habent rationem matrimonij.
8
9
10 † vt est in c.pen.de sponsal.vbi Abbas in rubr.& in c.licet.& c.fin.de spon.duor. licet hoc per copulam nondum sit consummatum. † c.matrimonium. & c. coniux.c.coniuges. 27.quæst.2. Quandoquidem nuptias
11
12 non concubitus facit, sed consensus. † l.nuptias. D.de reg.iur.l.fin.in princ.C.de repud. & §.nuptias. Auth. de nuptiis. Deinde siquidem in matrimonio liberorũ opus est cõsensu parentum, quorũ in potestate sunt.
13 † §.1.Instit.de nupt.l.nec filium.C.eod.tit.l.2.&l.nuptiæ. D.de ritu nupt. tamen vel tacitus in eo sufficere
14 videtur consensus:id † est,vt iussus expressus nõ sit necessarius: sed satis sit, si pater non contradicat, atque apertè dissentiat.l.si vt proponis.C.de nupt.l.in sponsalibus.D.de sponsal.l.1. D.de liber.exhib. Ac proinde
15 ratihabitio, vt in plerisq; iuris articulis, † ita in nuptiis mandato cõparatur. l.hoc iure.§ ratihabitio.&l.semper qui non prohibet. D.de regul.iur. & c.ratihabitio.
16 eod.tit. lib.6. quæ supplet defectum mandati: † vt est casus in l.licet. D.de iudic. & in l.3. §.falsus. D.rem rat. haberi. Facit l.verum.in fin.D.de solut. l.3. §.1. D.de vi & vi armat. l.fin. C.ad Maced.c.is qui. de homic.in 6. c.mulieres. de sent.excom. Et not.Bart.in l.obseruare.num.4.de offic.Proconsul. Decius cons.367.num.4. Menoch.cons.145.num.45.lib.2. Tiraquel. de retract. consang.§.1.gl.10.num.64.& seq.Nam qui tacet,consentire

sentire intelligitur.† c.qui tacet.de regul.iur.in 6.&ta 17
citurnitas operatur consensum. †c.vnico. de despons. 18
impub.c. ad id. de sponsal. & ratihabitio ex taciturnitate † diuturna sic psumitur: vt post Dec. cons. 298.n. 19
4.respondit Socin.Iun.cons.139.num.14.& cons. 140. nu.14.lib.3.qui etiam allegat in hoc Gozad.cons. 11. n. 16. Quum magis ea ex facto, quàm verbis inducatur:
† vt probat text.in l.Paulus.n.rem rat.hab.& in c.dilecti filij: vbi Dec.in not.2. de appel. vbi scribit,plus ex 20
facto,& rebus ipsis,quàm ex verbis mētem, & animum declarari. Et sic respondit etiam Anchor.cons.302.col. 1.Gozad.cons.101.num.125.Socin.Iun.cons. 98. num. 13.Menoch.cons.1.num.264.& cons.92.num.64.lib.1. Natt.cons.142.num.3.lib.1.&cons.636.num.186.lib.3. Quod tunc maximè locum habet,si res sit fauorabilis:
† vt not.Glos.in d.c. qui tacet.& Innocent.in c.in Genesi.de electio.Matrimonium autem res est fauorabi- 21
lis.† c.fin.de sent.& re iudi.& c.licet. in fin.de testibus. 22
Quò accedit illud, quod iure Canonico, quod in matrimoniis potissimùm obseruatur,† nuptiæ sine paren 23
tum consensu factæ, pro iustis & legitimis haberi soleant:† vt patet ex c.sufficiat.27.q.2. vbi Glossa ait, re- 24
quiri consensum ex honestate potiùs,quàm necessitate.Fac.gl.in c.hoc sanctum.32.q.2.& c.cum causam. de raptor. Verùm enimuerò his rationibus.& auctoritatibus non obstantibus, contrarium ego statuendum esse arbitror: & ad propositam iuris quæstionem sic respōdeo:priorem illam vxorem esse potiùs videri, cum qua matrimonium sub conditione quidem, sed quæ honesta est, & cuius euentus iam extiterit, initiò contractum fuit. Cuius equidem iudicationis meæ rationes has mihi assignare posse videor. Semper enim matrimonium primum † antefertur postremo: secūdum 25
dictum illud Mosis: Quos Deus coniunxit, homo ne separet. c. quod autem.& c.pastoralis. de iur. patern. Modò tamen cætera sint paria: † id est, si & matrimo- 26
nium primum secūdum leges contractum sit.§.1 Inst. & tot.tit.Pand.& ritu nupt. & C. de nupt. & si res ad-

huc ſit integra: matrimonio ſcilicet altero nondum per copulam conſummato. c.per literas. de ſponſal.
27 Nam ſi res amplius non foret integra, † aliud fortaſſe ſtatuendum eſſe videtur, cùm publicæ honeſtatis cau-
28 ſa, cuius ſumma in omnibus habẽda eſt ratio: † vt maius ſcilicet vitetur ſcandalum, l.ſemper in coniunctionibus. D. de rit.nupt. tum maioris vinculi gratia, quum
29 duo vincula † arctiùs ligent vno, Auth.itaque. C.commun. de ſucceſs.exemplo. l.quoties. de rei vendic. & l.ſiue autem. §.ſi duobus. D. de public.in rem actu. & l. potior.in prin. D.qui potior. in pign.hab. adeoque ex
30 duobus malis minus eligẽdum ſit malum. † l.item videndum. D. de pet.hæred. l.nam & Seruius. §.fin. D.de negot.geſt. c.ſi quid carius. 23.q.2. c.conſidera. 32.q.1. vnde vt maius malum euitetur, interdum, quod eſt mi-
31 nus malum, toleratur: † vt not. Abbas in c.requiſiuit. num.3. de ſponſal. per c.priuilegia. in fin. diſt.3. quem refert Menoch. conſ.59.n.50. lib.1. Et ſic tradit Præpoſ. in c.fin. collat fin. de ſponſ.duor. Ripa in c.1. & 2. de reſcript. Cagnol. in l.nuptias. num.6. D.de regul.iur. Quanquam non ignoro diuerſum quodammodo ſta-
32 tuere ius Pontificium: † quod nec ſtatuto, nec conſuetudine vlla introduci poſſe aſſeuerat: vt ſi primum matrimonium iuſtè legitimeq́; contractum ſit, altero deinde dirimatur, licet copula hoc ſit conſummatum: vt eſt in d.c.fin. vbi Panorm. nu.5. & Alex. ad fin. de ſponſ. duor. & d.c.ſufficiat. 27.q.1. Et not. Dec. in l.nuptias. num.2. D. de reg.iur. & Schurf. conſ.57. num.2. cent.1. Propterea quòd ſceleratè admodum & iniurioſe agat
33 is, qui cum duabus contrahit, † vt qui iure ipſo ſit infamis. l.1. D.qui not.infam. multoq́; magis peccare iudicetur is, qui repudiato primo matrimonio, cum altera contrahit, eamq́; cognoſcit: quoniam verè cum ea committit adulterium, & pœnæ adulterij omnino ſit
34 reus. † §.affinitatis. Inſt. de nupt. l.2. C.de inceſt.nup. l.eum qui. C.de adult. Neque enim ea vis eſt copulæ ipſius, vt primum illud matrimonium, vel ſolo conſen-
35 ſu conſtitutum, poſſit euertere. † c.pen. de ſponſ. c.1.
de

e spon. duor. quũ matrimonium, vt Panor. ait, perfectionem suã ex mutuo, & eo quidem solo contrahentium consensu recipiat. † c. sufficiat. 37. q. 2. c. cùm locum. de sponsal. & in c. licet. num. 4. de sponsal. duor. 36
vbi disertè scribit, concubitum non audere maius aliquod vinculum matrimonio: † & idcircò primùm per alterum copula confirmatum minimè tolli, quum ad essentiam matrimonij solus sufficiat consensus, d. c. 37
sufficiat. † Et not. idem Panor. in c. ex publico. nu. 12. de conuers. coniug. & c. 1. de vot. & vot. redemt. lib. 6. Iam verò conditio siquidem suspendit, non tn planè perimit† contractũ: quippe quæ postea impleta retrò trahitur ad tempus prioris contractus. † arg. l. potior. & l. 38
39
40
q balneum. §. 1. D. q pot. in pign. hab. Quinimò potius conditio, quæ vel præsens tempus respicit, vel q̃ mox extitura est, impropriè dicitur conditio, † & pro purâ habetur. l. si pupillus. §. 1. D. de nouat. Presertim si ea sit honesta & possibilis. † §. si impossibilis. Inst. de inutil. 41
42
stipul. l. filius. D. de condit. inst. l. nõ solùm. D. de oblig. & act. Multò verò magis, si cõditio sit conueniens, aut consentanea legibus contractus, vel matrimonij, vt puta, Si pater consenserit, quum consensus parentũ, iure non solùm ciuili, verùm etiam naturali, sit necessarius in matrimonio liberorum, per s. alleg. iurã, & similia alia. Quam conditionem tanquam honestam in contractu matrimonij rectè adiici posse, probat text. in c. super eo. & c. p tuas. vbi D. d. de condit. appos. Et not. Ang. Clauas. in Sum. in verb. matrimonium. imped. 3. num. 3. & Syluester Pierius in Summa, verb. matrimonium. 3. num. 4. quos citat in terminis Menoch. consil. 59. num. 42. lib. 1. Quæ quidem conditio, si existat, firmatur contractus: † sin minus, dissoluitur. c. de illis. de condit. appos. Na tunc perinde habetur, ac si spõsalia, vt vocãt, de futuro † fuissent cõtracta, in quib. facultas pœnitẽdi permittitur. † c. sup eodẽ. 5. Pan. in c. p tuas. & d. tit. Aliàs verò cõditio apposita cõtra naturã & substantiã ipsius matrimonij, † vitiat ipsum quoq; matrimonium. c. si conditiones. de cond. appos. vbi dicitur, 43
44
45
46

quod contractus matrimonij, licet sit admodum fauo
47 rabilis,hoc casu careat effectu. Quia hic nullus est † cõsensus, & sic nec matrimonium: c.solet. c. aliquando.
48 34.q.2.& c.fin.de cond. appos. Nisi † vterque coniugũ fortassis consenserit eiusmodi conditioni, quæ sit cõtra naturam, & substantiam ipsius matrimonij: secundum Innocent. ibid. quem commendat Abb. in d.c.si conditiones. Quemadmodum & si conditio turpis sit,
49 aut impossibilis, † fauore ipsius matrimonij pro non adiecta habetur.d.c.si conditiones. Nam ipsa cõditio
50 frangitur, & matrimonium firmatur. † c. 1. & c. fin. de cond. appos. Quod & in vltimis voluntatibus obserua
51 tur. §.impossibilis conditio. † vbi Dd. Inst. de hæred. instit.in quibus propter publicam vtilitatem plerunq; plenior fit interpretatio. l. in testamentis. D. de regul. iur.c. cum dilecti.de donatio. Licet aliâs in contracti-
52 bus † impossibilis conditio, siue ea lege sit talis, siue natura,totum impediat contractum.d.§.impossibilis. & d.l. non solum. & l. conditiones. & l. quidam. D. de condit. instit. propterea quòd non videatur obligari se voluisse, qui sub eiusmodi conditione, quæ vel per naturam,vel per legem & honestatem fieri non potest,
53 aliquid promisit. † d.l.non solùm.in fi. Postremò quũ matrimonij sine consensu parentũ contracti non modò vis nulla sit,& auctoritas: † sed pœna quoq; legibus
54 sancita:vt & iniustę eiusmodi nuptiæ,& iniusti cõiuges & iniusti liberi dicatur: §.si aduersus. Inst.de nupt.& l. 2.D.de rit.nupt.l.Paul.D.de stat.hom.l. in coniunctione.C.de nupt.meritò in hoc plus operari debet expres-
55 sus,quàm tacitus consensus:† quãdoquidẽ expressa prosunt:† quæ non expressa,non prosunt. arg.l.fin. C. de
56 nouatio. Quanquam enim parum admodum interes-
57 se videatur inter suasionem facti, † & probatorem,auctore M.Tullio Cicerone in orat.philip. 2. tamẽ si Vl-
58 piano credimus,longè aliud est, auctorẽ esse, † vt quid fiat:& pati fieri.l.3.D.de noxal. actio. Nam & Imp. Iu-
59 stinianus disertè affirmat: iussum patris † in nuptiis liberorum contrahendis præcedere debere. d.§.1.Inst.

de

e nupt. Quo modo Vlpianus quoque ſcribit: patrem
oſſe † filiam, quæ ſine cõſenſu ſuo nupſerit, ex mariti 60
ii domo abducere: ſi quidem ſummo iure vti velit: vt
ſt text. in l. 1. D. de liber. exhib. Quanquam conſultius
eum facturum idem putat, ſi patriam poteſtatem non
nimis acerbè exerceat: † & ſi de iure ſuo potiùs dece- 61
dat, publicæ vtilitatis cauſa: d. l. 1. quum æquitas & fa-
uor matrimonij in hiſce rebus potiſſimùm domine-
tur. † c. ex literis. de probat. c. fin. de ſenten. & re iudi. 62
Neque verò obſtant ea, quæ ſuprà in contrarium ad-
ducta ſunt. Nam quod primo loco dictum eſt: poſte-
rius matrimonium ſi purè cõtractum ſit, anteferri de-
bere priori, quod conditionem habet annexam: id
tùm demùm verum eſt, † ſi cætera ſint paria: & ſi per co 63
pulam, aut alioquin purum conſenſum à conditione
non ſit receſſum: vt rectè diſtinguunt Canoniſtæ in c.
per literas. de conditio. appoſ. Siquidem matrimoniũ
† initiatur ſponſione, conſenſu ratificatur, copula con- 64
ſumatur: c. cum initiatur. 27. q. 2. & c. ſic quippe. ead.
quæſt. & ſponſalia per copulam hoc modo tranſeunt
in matrimonium. † c. 15. qui fidem. de ſponſal. c. veniés. 65
2. in princ. de præſumt. Abb. in c. per tuas. de condit.
appo. Alexan. conſ. 150. col. pen. & conſ. 152. col. 3. lib.
5. Cephal. conſ. 435. num. 68. lib. 3. Iam quod ſecundo
loco obiicitur, tacitum ſufficere patris conſenſum in
matrimonio liberorum: & idcircò iuſtas eſſe nuptias
eas, quæ ignorante quidem patre factæ, at ipſius tamé
ſilentio comprobatæ ſunt: † vt Imperator ait in l. ſi vt 66
proponis. C. de nupt. id verò totum æquitatis, & beni-
gnitatis eſſe videtur: ne, vt Vlpianus loquitur, matri-
monia bene concordantia, iure patriæ poteſtatis, te-
merè, aut facilè turbentur: † quod quidem ſummo iu- 67
re patrem facere poſſe, idem teſtatur in l. 1. §. 3. D. de li-
ber. exhib. qui contumaciæ coërcendæ cauſa, libero-
rum ſuorum nuptias, ſine conſenſu ſuo factas, ſi volet,
irritas facere iure poteſt: † aut, ſi fortaſſis volet, tacitur 68
nitate eas ſua confirmare: vt tunc demùm ratihabitio
pro iuſſu, & auctoritate numeretur: quemadmodum

in simili casu acquirendæ hæreditatis, vbi iussum pari-
69 ter præcedere oportet,† ratihabitio quoque admitti-
tur. l. si quis. §. iussum. D. de acquir. hæred. l. 1. Cod. qui
70 admitt. ad bon. posses. Quanquam ratihabitio, † quæ
facti est, & stricti iuris, nunquam ferè ex taciturnitate
71 † præsumatur. l. in bello. §. facta. D. de capt. & postlim.
reuers. l. qui ita. §. 1. D. ad Trebell. l. cogi. §. si seruo. eod.
tit. præsertim si res magni sit præiudicij, cuiusmodi
72 est matrimonium,† vt rectè respondit Iason consl. 140.
colum. 3. lib. 4. Crauet. in tractatu de antiquit. temp.
parte 2. num. 65. Alciatus in tract. præsumpt. regul. 1.
præsumpt. 13. in fine quos sequitur & refert Menoch.
consil. 1. num. 82. & consil. 189. num. 11. lib. 2. Sicut nec
73 mandato tunc comparatur ratihabitio,† quum man-
datum pro forma requiritur, vt notat Ruin. consil. 69.
num. 13. lib. 3. Cephal. cons. 441. num. 92. lib. 3. Afflict.
decis. 335. num. 2. Quò etiam referri debet illud, quod
Paulus lib. 2. Sentent. scripsit: Eorum, inquit, qui in po
testate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia nõ
74 contrahuntur, sed contracta nõ soluuntur.† Contem-
platio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis
præfertur. Quam equidem iuris Canonici rationem
quoque præcipuam fuisse puto, vt nuptias liberorum
75 sine consensu parentum contractas, † pro iustis atque
legitimis censeri voluerit. d. c. sufficiat. 27. q. 2. cum a-
liis similibus. nimirum intelligendo nuptias iam con-
tractas, non contrahendas: ne facultas detur parenti-
bus nimis asperis, aut morosis, turbandi iustas & ho-
nestas nuptias, quas sanctè, religioseque obseruari vti-
le est, & necessarium. c. gemma. de sponsal. l. Titia. D. de
verb. oblig. l. fin. C. de sponsal. l. 2. C. de inutil. stipulat.
Quantò sanctius & verius hac de re constituisse vide-
76 tur ius ciuile, quod pœna sanxit, † ne liberorum valeãt
matrimonia, sine parẽtum, quorum in potestate sunt,
autoritate & consensu contracta. dicto §. si aduersus.
& l. 4. & 5. Cod. de incest. nupt. & l. 3. D. de iure dot.
Cuius sanè iuris æquitatem duplicem recenset Iusti-
77 nianus Imperator: ciuilem nimirum † rationem, & na
turalem.

uralem. §. 1. Instit. de nuptiis. Per ciuilem nimirum
ationem intelligens patriam potestatem: qua fit, vt
pater & filius vna & eadem sint persona: † vel potius 78
pater pro filij capite habeatur. † l. fin. Cod. de impub. 79
substit. ne & patri inuito suus hæres agnascatur: † qđ 80
nullo modo ferendum est. §. sed & si quis. Inst. de ado
ption. vt taceam, quantum intersit ad familiæ digni-
tatem conseruandam, † liberos parentum voluntate 81
elocari. l. 5. §. emancipatus. D. de contrah. tal. possess.
quos à liberis ita desertos, & contemptos, ob dotem,
† donationemque propter nuptias, & alimenta teneri 82
iniquissimum foret. l. 4. Cod. ne filius pro patre. Per
naturalem verò rationem † significans pietatem & re- 83
uerentiam parentibus à liberis lege naturæ debitam.
l. 2. D. de iustit. & in l. 1. & 2. D. de obseq. liber. & à liber.
præstan. l. 2. Cod. de in ius vocando. Quorum equi-
dem appellatione non solùm eos intelligendos esse
puto, † qui in potestate liberos habent, vt sunt, pater, 84
& auus paternus: verùm etiã alios parentes maternos,
qui non habent liberos in potestate, sicut patet ex to-
to tit. Pand. & C. de nupt. vt nimirum æqualis debea-
tur pietas parentibus, † licet inæqualis sit eorum po- 85
testas, secundum text. in l. fin. D. de curat. furios. & l. pa
rentes. D. de in ius vocando. in quibus si quidem ciui-
lis, at nõ naturalis cessat ratio, d. §. 1. Inst. de nupt. Quę
profectò sentẽtia consentanea est iuri diuino, † quod 86
eundem honorẽ tribui mandat patri, & matri, adeó-
que parentibus omnibus, à quibus ortus nostri duci-
mus principium, Exodi 20. & 22. & Genesis 24. & 26.
cap. Cum quo etiam consentit ius naturæ † & gen- 87
tium: vt Hermiones Menelai filiæ, de qua est apud
Euripidem in Andromacha, exemplum docet: itemq;
Achillis apud Homerum in Iliade, q ne Regis quidem
filiam, sine consensu patris, vxorem ducere vult: Sic
nec Cyrus Cyaxaris filiam. Nam consultò omitto san-
ctorum Patrum exempla, vt Isaaci & Rebeccæ, Iaco-
bi & Rachelis, & aliorum, qui nefas esse duxerunt, si-
ne auctoritate parentum contrahere nuptias. Quem-

88 admodum & ius vetus † Canonum suffragatur: quod matrimonium, sine consensu parentum initum, pronunciat adulterium.c.1.30.q.5. cum quo concordat c. aliter.c.nostrates.c.qualis. ead.quæst.& c.non omnis. §.fin.vbi Arch.& c.honorantur.32.q.2. Cuius sanè postremi Canonis verba non pigebit clausulę loco àdscribere. Sic igitur scribit D. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo, c.9. Honorantur (inquit) Rebeccæ parentes muneribus: consulitur puella non de sponsalibus: (illa enim expectat iudicium parentum: quum non sit virginalis pudoris, eligere maritum) sed iam desponsa viro, de profectionis die consulitur: nec immeritò dilationem non attulit. Iure enim properare debuit ad maritum. Hinc Euripideum illud (quod mirantur plerique, vnde translatum sit) manifestum est. Nam sub persona Hermiones ait Comicus:

νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
μέριμναν ἕξει: οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Ergo quod & Philosophi mirati sunt, vos seruate virgines: & non solùm virgines, sed etiam, si qua mulier amisso mox marito, & adolescentula laqueum infirmitatis suæ timens incidere, si vult nubere, nubat tantum in Domino: ita, vt electionem mariti deferat parentibus: ne procax nimium videatur, si ipsa nuptiarum suarum electioné sibi vindicet. Expetita enim magis debet videri à viro: quàm virum ipsa expetisse: verecundiam præmittat antè, quàm nubat: quò ipsum coniugium plus commendet verecundia. Hactenus ille. Simile exemplum est Cyri illius Xenophontei in Pædia: qui Cyaxari Medorum regi filiam suam ei vxorem magna cum dote offerenti: velle se respódet: σὺν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ καὶ τῇ τῆς μητρὸς ταῦτα συναινέσαι. Sed & cum
89 hoc iure noua illa lex congruit prouincialis: † qua cautum est, ne vllum sit connubium inter liberos, sine cósensu & auctoritate parentum: & si hoc factum sit, ipso iure sit irritum: etiamsi nullam fortassis, aut non satis magnam dissensus sui causam habeant parentes: quãdo nimirum contrahentes nondum excesserunt annũ

æta-

ætatis 25. † quo tamen exacto, si parentes paulò sint 90
morosiores, aut asperiores, vt de honesto liberorum
matrimonio parùm cogitent: ex vel auaritia, vel pertinacia quadam, aliaue & causa, etiam honestis conuentionibus oblatis, eos matrimonio elocare adhuc cessent, aut tergiuersentur: magistratus cuiusq; loci † au- 91
ctoritatem suam interponere solet. Quod & veteri lege ciuili rectè præcipitur: ex constitutione Diuorum Seueri & Antonini: quæ extat in l. qui liberos. D. de rit. nupt. Quò fit, vt si post 25. ætatis annũ, propter patris socordiam, inconsulto eo, matrimonium liberi cõtraxerint, † nullo modo exhæredari possint. Nouell. 115. Li 92
cet iure ciuili emancipati liberi, qui sui iuris sunt, etiã vigintiquinque annis minores, sine parentum auctoritate † iustum contrahunt matrimonium. l. filius. D. 93
de ritu nupt. l. 3. §. si emancipatus. D. de bon. possess. cont. tab. nisi tamen cum muliere ignominiosa contraxerint: † veluti mima, aut meretrice: ne familiæ de- 94
decus aliquod afferatur: quo casu olim permissa fuit exhæredatio. † d. l. 3. §. si emancipatus. vers. Nam & si 95
tam ignominiosam. vbi Gl. & Dd. Patet itaque ex his omnibus, quæ dixi: Caio Caiam vxorem ducendam esse. cum qua primo loco, & cum auctoritate parentũ contraxerit matrimonium: in quo tamen saluum & liberum esse volo vniuscuiusque meliùs intelligentis, & rectiùs consulentis iudicium.

De Matrimonio inter sobrinos contrahendo.

QVAESTIO III.

EGo verò, mi Christophore, spontè ac libenter voluntati morem gero tuæ: qui ex me sciscitatus es, quid ego iuris esse censeam de matrimonio inter sobrinos cõtrahendo. Nam sobrinos esse eos, quos nominasti (id est, ex amitino & consobrina natos, qui fratris & sororis

1 † sunt nepos & neptis) facti species ipsa declarat: quos
2 † ius Pontificium tertio, ciuile autem sexto cognationis gradu collocat. §. sexto. Instit. de grad. cognat. l. fin. D. eod. c. ad sedem. 35. q. 5. Ioan. Andr. in declar. arbor. §. ad collaterales. Harmenop. Epit. lib. 3. Quod ex hoc schemate videre est, verbi causa:

NICOLAVS

BARTHOLOMEVS,	CATHARINA.
CHRISTOPHORVS,	DOROTHEA,
IOANNA.	MARTINVS.

Quæstio igitur est, vtrum Martino vxorem ducere liceat Ioannam, tanquam sobrino sobrinam? Respondeo, Siquidem ius ciuile spectes, omninò licere: sin verò
3 Pontificium, nequaquã.† c. non debet. de consang. & affin. gl. in §. duorum. vbi Ang. Port. Mynsing. & alij Instit. de nupt. Socin. Iun. num. 4. & Crot. nu. 57. super Rubr. D. solut. matr. Quoniam igitur iura iuribus con-
4 cordare † debent, vt omnis eorum vitetur correctio, l. vnica. C. de inof. dot. l. si quando. C. de inof. testam. l. præcipimus. in fine. C. de appell. c. cùm expediat. de elect. in 6. vtriusq; sanè iuris, tam ciuilis, quàm Pontificij ratio in primis consideranda esse videtur, & cum hoc omnis iuris diuini, atq; humani facienda collatio. Cum mens & anima legis sit ratio, secundum Demo-
5 sthenem, & not. in † l. cùm pater. §. dulcissimis. D. de legat. 2. l. 1. vbi gl. Cod. quæ sit long. consuet. c. erit autem. distinct. 4. c. consuetudo. distinct. 1. quæ est veluti
6 lex quædam tacita, † ac imò potius veritas ipsa, & æquitas naturalis. l. cùm ratio. D. de bon. damnat. c. qui contempta. c. frustrà. distinct. 8. Causa verò matrimo-
7 nij in primis grauis & ardua est, † eamque ob causam benè ac diligenter ponderanda. c. fin. de procuratoribus. lib. 6. glos. in c. mulieri. verb. absoluto. de iure-

iur.

iurando. & Abbas in c.si pro debilitate.num.4. de officio delegat. & Decius in cons.133. colum.1. in fin. Ac ius quidem ciuile, tametsi gradus etiam quosdam cognationis constituit, ex ordine & serie ipsarum generationum: idque maximè, vt Canonibus placet, propter hæreditates & tutelas. † c.ad sedem. 35. quæst.5. 8
& c.de incestis. 35.quæst.2. & 3. quæ legibus ad proximum quemque agnatum redire consueuerunt, vt ait Paulus in l.vltima.D.de gradibus. Tamen in matrimoniis diiudicandis, quæ licita, aut nō licita esse videantur, necessitatem cognationis, aut propinquitatem, non ex arbore potissimùm, vt vocant, eiúsue gradibus & lineis metitur: verùm suis quibusdā nititur rationibus ex lege naturę,† vel ipsa potius natura, & honesta- 9
te eius petitis: quæ & recta ratio, & æquitas naturalis appellatur. † l. 2. §.1. D.de vsufruct.earum rerum, quæ 10
vsu consumuntur. l. 1. D.si quis testam. lib. & l. 1. D.de constituta pecunia. & l.1. D.de minoribus.cum similibus. Primùm enim ius ciuile prohibet nuptias † in- 11
ter parentes & liberos, eosque qui sunt loco parentum, ac liberorum: deinde inter fratres & sorores, siue cognatione sint tales, siue affinitate, nulla alia habita vel gradus, vel lineæ ratione, aut differentia, quam ius Pontificium obseruat. §. ergo non omnes. Instit. de nupt. l.nemini. C. eod. l.nuptiæ. D.de ritu nupt. Nam quoniam in contrahendis nuptiis naturale ius, ac pudor inspici debet,† secundum Paulum in l.fin.D.de ri- 12
tu nupt. contra naturam, & pudorem ipsum, vel maximè esse videtur, iungi matrimonio liberos parentibus, aut sororibus fratres: † quorum nuptiæ idcircò 13
etiam iure naturæ & gentium nefariæ, atq; incestæ dicuntur.† d.§.ergo.l.fratris.l.pen.& vlt. C. eod. & in c. 14
incestis.35.q.3. Ac parentum quidem cum liberis connubia pudor in primis vetat, & sanguinis quædam reuerentia naturalis, quæ etiā in brutis animalibus conspicitur: † quod prę ter Aristotelem, & Varronem cum 15
memorat ipse quoq; Iustin.Imp. in Auth.de quibus. de incest.nupt. & not. Li.aq. in tract.de legib. connu-

bialibus. Tum verò pietas illa, & caritas, quæ natura
16 † debetur parentibus à liberis.l.2.D.de iust.& iur.l.1.D.
de obseq.lib.l.2.C.de in ius vocan.quarum neutra ca-
17 dit in coniuges:inter quos paritas † quædam est,& so-
cietas,vt vitæ totius,ita amicitiæ & beneuolentiæ mu-
tuæ:arg.l.1.D. de rit.nupt.c.nec illud.30. q. 5. Proinde
vt nec patri filiam, aut filio matrem, item nec auo vel
proauo neptem vel proneptem,aut nepoti vel prone-
poti auiam vel proauiam, & sic deinceps in infinitum
18 † vsque vxorem ducere fas est.d. §.ergo.& d.l.nemini.
19 & d.l. nuptiæ: vbi Glossa ait,Adamo Protoplasto, † si
quidem in viuis esset, nullam hodie mulierē, citra in-
cestum nefarium,nubere posse: quòd nimirum is om-
nium hominum primus sit parens, ac progenitor. Sed
nec fratris vel sororis filiam, nec eius neptem vel pro-
neptem, ac ne vllam quidem ex posteris eius vxorem
ducere licet:vel nec amitam,vel materterā: siue ea pro
ximioris,siue remotioris gradus fuerit: quoniam om-
20 nes in numero parentum,† liberorumúe sunt.d.§.fra-
tris.& d.l.nemini. & l.per adoptionem. §.2.l.sororis.l.
etiam.D.de rit.nupt. Quod satis ipsa declarant nomi-
21 na: quippe quum patruus † & auunculus sit alter quasi
pater, aut auus: & matertera atque amita quasi altera
mater,aut auia:vt not.Sex.Pompeius: quibus idcircò,
naturæ quadam lege ac præscripto, non minor debe-
tur honor,& reuerentia,quàm ipsis parentibus:vt me-
ritò ab earum nuptiis abstinendum sit:ne & cognatio-
22 num † ipsarum eodem pacto inter se cōfundantur no-
mina: quod quàm absurdum sit,non obscurè de Aufi-
lena in quodam Epigrammatè arguit Catullus: quòd
nimirū ea mater facta fratres sibi effecerit ex patruo.
23 Fratrum verò,& sororum † inter se connubia iure ciuili
prohibita sunt: propterea,quòd nō tā ex latere, quàm
in latere sunt: nec à latere,sed potiùs ab vno quasi ca-
pite primitus veniunt: adeoque sub vno sunt capite,
24 † & pro vno planè habentur:ratione ipsius consangui-
nitatis,& patriæ potestatis.§.inter eas.Inst.de nupt. &
d.l.nemini. C.eod. Quod sanè iudicium non tam ci-
uile

uile eſt, quàm naturale, & omnium gentium, † vt gra- 25
uiter hoc docet Socrates apud Xenophontem in di-
ctis & factis ſuis: & Plato lib.8. de Legib. & de Republ.
& Ariſtoteles lib. Polit.2. qua de re plura etiam vide-
re eſt apud Tiraquel. in dicto tract. de legib. connub.
Quæ auté de cognatione hactenus dicta ſunt, ea quo-
que in affinitate locum habent, vt ſimiliter ab eorum
nuptiis † omninò abſtinere ius ciuile iubeat: qui aut 26
ſunt loco parentũ, ac liberorum: † cuiuſmodi ſunt ſo- 27
cer & nurus, gener & ſocrus, vitricus & priuigna, pri-
uignus & nouerca: & alij nonnulli ex latere, qui ius pa
rentale repræſentant. §. affinitatis. Inſtit. de nuptiis. l.
4. §. ſed quoniam. D. de gradibus. l. nuptiæ. D. de ritu
nuptiarum. l. quia parentis. D. de ſolut. matrim. aut qui
loco fratrum & ſororum ſunt, † vt leuir & fratria, ſoro- 28
rius & glos: quibus & ipſis, propinquitatis cauſa, vere-
cundus quidam honor meritò debetur. l. fratris. & l. vl
tima. Cod. de inceſt. nupt. Neque ſanè obſtat lex illa
vetus Moſaica, † qua non modò licitum, ſed prope- 29
modum neceſſarium fuit, fratre ſine liberis mortuo,
vxorem ducere fratriam: de qua eſt in Deuteron. cap.
15. Sicut nec lex obſtat Attica, † qua cautum fuit, vt a- 30
gnatus proximus orbam puellam, aut duceret, aut do
taret, cuius mentionem facit Terentius in Phormio-
ne, & Demoſthenes in Oratione πρὸς μακάρτατον. Mul
tò verò minus obſtat illud, quod Plutarchus in Craſ-
ſo ſcribit, apud Romanos † minimè nouum, & præter 31
morem factum videri, ſi quis defuncti fratris viduam
duxerit: quòd nimirum affinitas, cuius cauſa, ſecun-
dum Modeſtinum, in nuptiis conſiſtit, † quodammo- 32
dò morte extincta eſſe videatur. † l. 4. D. de gradibus. 33
quomodo & Marcus Cicero ſcribit in Sextiana, Albi-
no ſoceri nomen ademiſſe mortem filiæ. Nam quod
ad legem Moſaicam attinet, exceptio hæc eſt quæ-
dam, vt Auguſtinus monet, † legis illius generalis: ſed
quæ tamẽ peculiari quadam ratione nititur: ac proin-
de in exemplum trahi nec poteſt, nec debet. l. quod
contra. D. de legibus. l. etſi nihil. D. de regul. iur. Quan-

doquidem, secundum Iulianum, in iis, quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris. l. in iis. D. de legit. Quòd verò ad legem At
35 ticam, & ius consuetudinis Romanæ † pertinet: aut de iis interpretanda ea esse videtur, quorum non est incestuosa, aut nefaria coniunctio, aut potius ea, tanquam naturæ & honestatis legi repugnans, omninò repudianda. Quoniam, vt Celsus ait, id quod ratione non est introductum, sed errore primùm, deinde con-
36 suetudine † obtentum: in aliis similibus non obtinet. l. quod non ratione. D. de legibus. Præsertim quum satis constet, eiusmodi connubia postea expressis legibus apud Romanos fuisse prohibita. dicta l. fratris. & dicta l. vlt. C. de incest. nupt. & C. Theod. lib. 3. tit. 12.
37 Quò etiam pertinent veteres hac de re Canones: † vt Can. Apostol. 19. Synod. Neocæs. can. 2. & leges illę priscæ Alemannorum, Francorum, Boiorum, quas in suis locis videre licet. Quòd si igitur inter eos, quos dixi,
38 nuptiæ hoc modo contractæ fuerint, iure gentiũ, † secundum Paulum, nefariæ & incestæ vocantur. d. §. ergo. & d. l. fratris. & d. l. vlt. C. de nuptiis. & c. de incestis.
39 35. q. 3. Quarum pœna † iure ciuili capitalis olim fuit, vt ex antiquo iurę olim apud Ciceronem refert Atticus: Incestũ (inquit) Pontifices supremo supplicio sanciunto. Quam pœnam etiamnum hodie locũ habere docet Bossius in pract. crim. c. de damnato coitu. nu. 5. & 6. Quáuis aliæ quoq; incestus pœnę iure ciuili constitutæ sunt, pro ratione ipsius delicti, & conditione delinquentium: vt infamia, bonorum publicatio, exilium, fustuarium. l. si quis. & l. incestus. cum Auth. seqq. C. de incest. nupt. l. si adulterium. D. de adulter. l. eum. C. ad l. Iul. de adulter. l. si inter. C. de interd. matrim. Facit c. cum secundum. de hæret. liberan. cum similibus. Cæterùm præter has, quas dixi, personas, omnes
40 aliæ citra incestum † inter se contrahere possunt nuptias iure ciuili, vt apparet ex §. duorum. cum seqq. §. Instit. de nuptiis. Quod enim non mutatur, cur stare
41 prohibeatur? † l. sancimus. Cod. de testam. & Auth. 2 o. §. fin.

§.fin. & l.præcipimus. §. fin. C. de appellatio. Quum
regula nuptiarum sit prohibitoria certarum persona-
rum: † eaq; de causa, qui non prohibentur contrahe- 42
re,intelligantur permissi.vt est text.in c.cum apud. de
sponsal.vbi Glossa dicit,id,quod non prohibetur, cō-
cessum videri:& Gl.in c.inter corporalia.de transla.e-
pisc.cum ibid.alleg.&Gl.in §.ergo.Inst.de nupt.Bald.
in l.conuenticula col.3.C.de Episcop.& cler.vbi dicit,
id, quod lege non cauetur,in practica non haberi: per
c.nihil.num. 15. de elect. & paria esse aliquid fieri sine
lege,& contra legem.c.in Genesi.num.10.eod.tit.per
tex.in §.consideremus. Auth.de trien. & semis.coll.3.
& l.contra iuris.D.de pact. Quum legis præsertim vir-
tus sit,† nō modò iubere aut vetare:sed etiam permit- 43
tere,secundum Modestinum in l.legis.D.de legib.licet
aliâs maior vis inest legibus prohibentibus,† quàm p- 44
mittentibus:& plus valet sanctio permissione: vt præ-
ter M. Ciceronem auctor ad Herennium docet lib. 2.
c.3. Sic consobrinorum nuptiæ, id est,eorum,qui, aut
duorum fratrum, vel sororum, aut fratris & sororis li-
beri sunt,†iure ciuili non modò non prohibitę,verùm 45
etiam expresse concessæ sunt.† d.§.duorum.vbi Ang. 46
in princ.&l.3.D.de rit.nupt.l.vter.iunct. gl.&l. qui ex
fratribus. D.de condit.instit. l. Lucius.§. filiafamiliâs.
D.Ad S.C.Trebellia. Quippe qui nec parentelæ, nec
fraternitatis necessitudine inter se cōiuncti sunt: †sed 47
in pari gradu constituti: licet hi interdum inter se fra-
tres patrueles, & amitini, & consobrini, vt & sorores,
per abusionem quādam appellentur:†vt est apud Ca- 48
ium in l.1.§.1.D.de grad.& lib.Inst.1.tit.4. Et quanquā
Theodosius Imperator † easdem nuptias olim rescri- 49
pto quodā p̄hibuit:vt patet ex l.1. Si nupt.ex rescript.
pet.in Cod.Theod.tamen ea lex posteà ab Arcadio &
Honorio iterum fuit antiquata: & reuocata prisci iu-
ris auctoritas: l. celebrandis. C. de nupt. quod etiam
sequutus est Iustinianus Imp. in §. duorum.Inst.eod.
tit. Quo eodem modo etiam nuptiæ inter compriui-
gnos,†quos ἀλληλοπρογόνους Gręci nominant,etiam na- 50

tis ex parentum ſuorum matrimonio liberis, iure con̄trahuntur: quippe quum affines non ſint, nedum co-
51 gnati:† licet fratres quadātenus,& ſorores inter ſe eſſe videantur: & ſic per abuſionem interdū nominētur. §. mariti. Inſt. de nupt. l. generati. §. inter. D. de rit. nupt. l. filia. D. de verb. obligat. Atque hæc quidem iuris ciuilis ratio, & diſciplina eò magis veritati, atque æquitati naturali videtur eſſe conſentanea: quò magis ea
52 congruit cum lege illa diuina: † de qua eſt in Leuitico c.18.&20. Qua Deus ipſe primum in genere prohibet, ne quis accedat (vt textus habet) ad propinquitatem carnis ſuæ: id eſt, ne matrimonio ſibi iungat propinquam, aut conſanguineam eam, quæ ſine interuallo
53 eum quaſi contingit: † ſiue ſuprà, cuiuſmodi ſunt pater & mater, cæterique parentes,& qui eorū loco ſunt, vt patru⁹, & auunculus, amita & matertera. Siue infrà, vt filius & filia, cæterique liberi, & qui eorum ſunt numero, cuiuſcunque gradus fuerint. Siue denique ad latus, vt frater,& ſoror: quas perſonas omnes contineri ſub voce propinquitatis Moſes ibidem diſertè affirmat c.21. vt & Deus ipſe eaſdem poſtea recenſet in legibus particularibus, de inceſtis nuptiis: quæ legem illā, de qua dixi, generalē ſequuntur: ſub qua non comprehenduntur patrueles, & amitini,& cōſobrini, multoque minus ſobrini,& eorum liberi: qui non ſunt οἰκεῖοι σαρκός, id eſt, propinqui. & quaſi domeſtici carnis. vel ſuprà, vel infrà, vel iuxtà; quorū idcircò nuptiæ lege diuina, vt & ciuili, minimè ſunt prohibitæ, aut illicitæ: nedum inceſtæ, aut nefariæ. d. §. duorum. cum ib. not.
54 per Dd. h. t. Quòd ſi etiam exempla ius faciunt:† arg. l. 1. §. nunquid ergo. D. de poſtul. quæ non vt vera ſemper ſint, ſed vt veritas ex eis comprobetur, plerunque
55 vſurpari ſolēt:† ſecundum Bart. in l. nemo. C. de ſent. & interloc. om. iud. licet alias nō tam exemplis, quàm
56 legibus iudicandum ſit:† l. nemo. C. de ſent. & interloc. haud ſanè difficile fuerit, nō modò gentilium, ve-
57 rùm etiam ſanctorum hominum exempla † quam̄ plurima in medium afferre: vt Iacobi & Rachelis, Axæ & Otho-

Othonielis, Tobiæ & Saræ, Iosephi & Mariæ, & aliorũ complurium in sacra historia: in profana autem (vt vetera illa & prisca omittam.) celebratissimum illud matrimonium Antonini Philosophi Cæsaris, & Anniæ Faustinæ, cuius meminit Capitolinus: itemq; Iuliani Cæsaris, & Helenæ Constantini Magni filiæ: & nostræ ætatis longè illustrissimum illud Maximiliani II. Cæsaris, & Mariæ Augustæ, sororis patruelis: quod equidem coniugium Deum immortalem perpetuò fortunare volo. At verò contrarium in hac parte, & diuersum statuit omninò ius Pontificium, siue Canonicum: † quod 58
præter eos, inter quos iure ciuili, ac diuino constare non possunt nuptiæ, alios etiam nonnullos, & in his non modò consobrinos, sed & sobrinos, eorumque liberos, adeoque omnes, siue affines, siue cognatos ad quartum vsque gradum, qui iure ciuili est octauus, matrimonio inter se coniungi vetat, vt Innoc. III. Pontifex in Concilio Lateranensi sanxit, in c. non debet. §. prohibitio. de consang. & affin. c. vlt. de diuort. Licet ante eum Gregorius vsque ad septimum gradum matrimonia inhibuerit. c. de affinitate. c. progeniem. c. de consanguinitate. cum duob. seq. 35. quæst. 2. & c. quædam. 35. quæst. 3. & c. consanguinitas. 35. quæst. 4. & c. nulli. 35. quæst. 5. Neq; enim ius † Pontificium in eo aliud quippiam spectat, quàm graduum numerum: ne- 59
que aliam istius interdicti rationem affert, q̃ Ecclesiæ constitutionem: non autem cognationem ipsam, aut sanguinis propinquitatem, quæ vel parentelæ, vel fraternitatis loco sit, vt est gl. in c. cùm igitur. 35. q. 1. Itaque intra sextum gradum cócedit nuptias etiam cum eo, qui parẽtis loco sit, † vt verbi gratia abnepti fratris, 60
vel sororis, cum patruo vel auunculo, cui is est parẽtis abaui loco, quod disertè scribit Gregor. IX. in c. vlt. de consang. vbi gl. quã sequitur Io. Andr. in declar. arbor. contra Hostiensem in Sum. c. fin. nu. 11. de nupt. Quod profectò pugnat, vel maximè cum naturæ honestate, vt cuius filiam † ducere nõ licet, eius neptem, aut pro- 61
neptem, aut abneptem ducere liceat, quod iure ciuili,

cum quo consentit ius diuinum, omninò est prohibitum: quoniam omnes liberorum numero sunt, quocunque sint gradu constituti. d. §. fratres. Instit. de nuptiis. & d. l. nuptiæ. & l. sororis. D. de rit. nupt. Idem verò ius Pontificium (quod maximè admirandum esse videtur) intra eundem gradum nuptiis interdicit iis, qui parentum, aut liberorum loco non sunt: sola, vt dictum est, habita consideratione ipsius gradus, vt ne in-
62 ter sobrinorum quidem liberos, † nedum sobrinos ipsos, aut consobrinos, nuptias cõstare posse affirmet: propterea quòd à stipite communi quinque non distent gradibus, sicut ius Pontificium in arbore hos numerat. c. ad sedem. 35. q. 5. Quæ sanè numerandi gradus ratio, quam Alexander II. Pontifex vocat Canonem Ecclesiasticũ, quàm vana sit & inepta: vel ex hoc vno manifestum est, quòd sobrinorum liberos, qui octo inter se gradibus distant, matrimonio prohibet, & abneptem fratris, vel sororis, vt dixi, patruo vel auunculo maximo ducere permittit: qui tamẽ septem duntaxat gradibus distant. Idque non tam propter co-
63 gnationem, quàm vltra septimũ gradum † natura rerum ferè non patitur consistere, secundum Modest. in l. 4. D. de grad. & Paul. lib. Sent. 4. eod. tit. quàm propter peruersam illam, atq; præposteram numerandorum graduum rationem: quum sobrinorum liberos inter se quarto, abneptẽ verò fratris aut sororis, & patruum, aut auunculum maximum quinto gradu collocat. c. ad sedẽ. 35. q. 5. c. dilecto. & c. vir qui. de consang. & affin. Sed nimirum præualuit in eo, vt in aliis rebus omnibus, auctoritas Pontificia. eaq; longa consuetudi-
64 ne, quæ, secundum Senecam, tyrannis est, † hactenus corroborata. l. more maiorũ. D. de iurisd. om. iud. l. hàc consultissima. C. qui testam. fac. pos. quamuis ea nec rationi, nec veritati naturali admodum videatur esse consentanea: eamq; ob causam meritò repudiandã, &
65 quasi radicitùs euertenda. † c. mala. dist. 8. Ratio siqui-
66 dem vt legis, ita consuetudinis anima est, † vt not. Bal. in l. si quis seruó. C. de furt. arg. l. scire. D. de legibus. & c. se-

c.ſedulo.diſt.38.Quid autem aliud eſt conſuetudo ſi-
ne veritate, quàm erroris quædam vetuſtas, † vt Cy- 67
prianus loquitur in d.c.mala. Quanquam igitur mix-
ta eſt cauſa matrimonij. † c.tuæ. de procurat. Dom. 68
Gem.in c.ſtatutum. el 1. in 6. & ibid.Doctores Sum.
Roſel.verſic.matrimonium.el 1.num.18.Tamen quo-
niam ea magis ſpiritualis,quàm ciuilis eſſe videtur.† c. 69
debitum.vbi gloſ.& Dd.de bigam.c.gaudemus.de di-
uortiis.gloſ.in c.veniens. verb.neceſſaria. de tranſact.
& gl.in c.ex parte.de reſtit.ſpoliat.& in c.1.de ſponſal.
Panorm.in c.1.num.4. de ſacr.vnct. Socinus Iunior in
rubr. ſ.ſolut.matrim. Pariſ.conſil.68. num.426. vol.
4. Idcircò in matrimonio contrahendo magis Ponti-
ficij,quàm Cæſarei iuris ſpectatur auctoritas. † l.priui 70
legia.cum ibid.not.C.de ſacroſ.eccleſ.gloſ.in l.hacte-
nus. verb.generata.vbi Dd. Inſtit.de gradib.cognat.c.
cùm venerabilem. c.ad audientiam. c.fin. de conſuet.
c. 1. eod. in 6. & in Authen.de eccleſ.tit. in princ. Dd.
in c.1.de oper.nou.nunc.vt locum hîc habeat peruul-
gata illa regula, qua dicitur, quod leges nõ dedignen-
tur ſacros ſequi canones. † c.clerici. de iudiciis. c.no- 71
uit. de iudiciis. c.tuam. vbi Dd.de extraord.cogn. Et
not.Alciatus in c.cùm contingat. num.16. de iureiur.
Bald.in l.& ſi contra. C.de nupt. Frid.Sen.q.36.nu.2.
Schurf.conſil.1.nu.16.cent.1.& conſil.83. nu.11.cent.3.
Quò fit, vt licet iure ciuili inter ſobrinos, vt & conſo-
brinos conſtare poſſint nuptiæ.† d.§.duorum.Inſt.de 72
nupt.& d.l.celebrandis. cum ſuprà alleg. Iure tamen
Põtificio, cuius maior in hoc caſu eſt auctoritas. c.1.&
2.de oper.nou.nunc.& c.fin.de tranſact. Iaſon & Do-
ctores in l.admonendi. de iureiur. Caſtren.in Auth.
at qui ſemel. de probat. nuptiæ eiuſmodi nullo mo-
do conſtare poſſunt. † c.cùm igitur.c.quædam lex Ro 73
mana. 35.quæſt.1. c.non debet. c.fin. vbi Doctores de
conſang.& affin. gloſ.in dicto §.duorum. & ibid.Ang.
Port.& Platea,& gloſ.in dicta l.celebrandis.verb.legi-
timi. cum not.per Cyn. Bald. & Salic. C.de nupt. vbi
Accurſ.dicit, quòd matrimonium inter conſobrinos

habeatur legitimum: verum quidem hoc esse iure fori, sed non iure poli. Atq; hoc sanè ius in vtroque foro
74 locum habet, tam Imperij, q̃ Ecclesiæ, † vt est tex. in c. clerici. vbi Abb. & Dd. de iudic. & in c. 1. de nou. oper. nunc. Fel. & Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ. de constitut. & idem Abb. in c. illud. in fin. de præsumpt. Bald. in c. ex transmissa. col. 1. de restitut. spol. & in l. si contrà. C. de nupt. Pet. de Anchor. in repet. c. canonum. de constit. nu. 2. Quod equidem publicę honestatis gratia primò constitutum esse puto, quæ in coniunctionibus maximè
75 mè spectatur. † l. semper. D. de ritu nupt. tum verò etiam propagādæ inter homines caritatis & cognationis causa: quandoquidem, vt Tullius ait, ipsa caritas ge
76 neris humani, † qua tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foràs, cognationibus primùm, deinde affinitatibus. Quam in sentētiam etiam scribit D. August. Caritatis (inquit) habita est ratio rectissima: vt homines, quibus esset vtilis & honesta concordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vna multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius colligendam plurimæ plurimos obtinerent. Et Philo quodam in loco ait, connubia cum exteris nouas facere coniunctiones, nihilo deteriores, q̃ cognationem ipsam. Quò accedit illud, quòd hæc ipsa pro-
77 hibitio iuris Pontificij, quasi vallum † quoddam est, ac septum legis illius naturalis, & diuinæ: quò maiore cura, ac religione ea obseruetur: eodemq; pacto omnis vitetur incesta, & nefaria commixtio, quum vtile sit pò
78 stulare aliquādo iniquum, † vt æquum feras, quòd ve-
79 teri dicitur prouerbio. Nam quando plus fit, † q̃ fieri debet, videtur etiam illud fieri, quod faciendum est. l. si is, cui via. D. si qua paup. fec. dic. l. si se non obtulit. D. de re iudic. l. non sunt liberi. D. de stat. hom. Multaque
80 sæpenumerò licent, † quę nō decent, secundum Scæuolam, qui non omne, quod licet, honestum esse ait. in l. non omne. D. de re iudic. Atque hanc ego præcipuam causam esse puto, iuris huius Pontificij passim

in omnibus ferè Rebuſpublicis, tã ſanctè, & diligenter obſeruati, & partim moribus communibus, partim legibus prouincialibus, aut municipalibus comprobati: quum nõ ſolùm eius, quod licet, verùm etiam eius, quod expedit, † potiſſimùm habenda ſit ratio, ſecundum regulam Pauli Apoſtoli ad Romanos, cap. 14. & 81
21. Ex quibus omnibus perſpicuum eſſe arbitror illud, quid de hac facti ſpecie, in qua conſilium exquiſiuiſti meum, iudicandum ſit. Sic enim cenſeo, longè conſultiſſimũ fore, ſi à nuptiis eiuſmodi planè abſtineant ſobrini ipſi, quàm ſi temerè aliquid contra ius committant, in fraudem non modò ſuam, ſed etiam ipſius Magiſtratus: quum quæ contra leges & bonos mores fiunt, † nec facere nos poſſe credendum ſit. l. ſi filius. 82
D. de condit. inſtit. Quòd ſi tamen eiuſmodi nuptiæ omninò ratæ firmæque habendæ ſunt, opus equidem eſſe iudico in primis venia & auctoritate Magiſtratus, & eius, ad quem Eccleſiæ pertinet iuriſdictio: vt nimirum is ex cauſa, vt Canones loquuntur, diſpenſet, † & de ſummo iure aliquid relaxet, adeoq; matrimo- 83
nium hoc ratum, firmumque habeat. c. tuam. de ord. cognit. c. lator. vbi gloſ. c. cauſam. qui filij ſint legitimi. c. penult. & fin. de ſecund. nuptiis. c. quia circa. de conſang. & affinit. Poſſe enim hoc caſu Pontificem, ex plenitudine poteſtatis ſuæ, de iure ſupra ius diſpenſare, † manifeſtus hoc probat textus in c. propoſuit. de 84
conceſſ. præbend. ſicut & ius humanum aut corrigere, aut interpretari, aut tollere omninò poteſt, † arg. 85
c. 1. & 2. de filiis presbyt. Abbas in c. per venerabilem. colum. 4. qui fil. ſint legitimi. Quæ communis eſt omnium Doctorum opinio in c. literas. iuncta gl. & c. gaudemus. de diuortiis. Adeò, vt de eius poteſtate, vt & Principis, multum diſceptare velle, inſtar ſacrilegij ſit.
† l. ſacrilegij. Cod. de diuerſ. reſcript. quum ſatis eſſe 86
debeat, ſi de eius ſaltem conſtet voluntate. † c. cùm ad 87
monaſterium, vbi Innocent. de ſtat. regul. Socin. conſ. 13. & 144. Sed hæc tamen diſpenſandi facultas in legibus duntaxat humanis & ciuilibus locum habet: † non 88

autē in his, quæ iuris cuiusdam sunt naturalis, ac perpetui. §.sed naturalia. Instit.de iure natur.gent.& ciu. l.eas obligationes. D.de capit.dimin. l.iura sanguinis. D.de regulis iuris.Multoque minus in legibus diuinis,
89 † quas Pontifex Romanus sanctas & inuiolatas custodire, & vsque ad animam, ac sanguinem tueri debet.
90 † c.sunt quidam.35.quæst.1.contra quas,si aliquid fortassis statuit,aut permittit: veluti si matrimonium, lege diuina prohibitum, alicui indulgeat, aut relaxet: quod facere eum nullo modo posse manifestum est:
91 † vt per Dd.communiter in d.c.literas. post gl. de restitutione spoliat. & in c.Pictatium. vbi gl.magistr.30. quæst.3. glos.in l.2.Cod.si nupt.ex rescript.pet.& Baldus in l.1. eod.tit. Innoc.in c.2.de renunc. Alciatus in l.quinque pedum. Cod.finium regund. neque suam, neque alterius, cui permissio hæc facta est, tutam, aut
92 securam,quoad Deum,reddit conscientiam: † vt not. glos.& Dd. in c.non est. de vot.fac. & in c.ex publico. de conuersat.coniug. Neque enim dispensare hoc ca-
93 su potius, quàm dissipare videtur: † vt D.Bernardus ad Eugenium Pontificem scripsit. Concordant not.p Ioan.Andr.in c.multa.de præbend.& Abbat.in c.cùm venissent.de iudic. & c.significasti.de elect.Felinum & Dd.comm.in c.quæ in ecclesiarum.de constit.& c.fin. de præscript.Mar.Salomon.in l.fin.C.eod.tit. Verùm in aliis casibus nō tam diuina, quàm Pontificia aliqua lege, aut humana ꝓhibitis, ex causa cognita dispensa-
94 re omninò potest, vt in nuptiis consobrinorū, † quos neque lex diuina, neq; ciuilis matrimonio prohibet: vt notat Ioan.Andr.in d.c.per venerabilem. colum.4. per gl.in d.l.celebrandis. sed tantùm lex Pontificia, & constitutio Ecclesiastica, quæ lege alia contraria mu-
95 tari rursus, & tolli posse videtur. † c.cum inhibitione. de clandest.despon. c.quia circa.d.c.consang.& affin. c.nisi cùm pridem. c. quia simpliciter. distinct.56. Et not. Hostien.in Summa tit. qui filij sint legitimi. vers. qualiter. & in tit.de consang. §. vsque ad quod. per c. fin. qui filij sint legitimi. & c. de infideliū. de consang.
&

& in Summa tit. qui clerici vel vou. Cynus item Bald. & Doctores alij in dicta l.celebrandis. Quantò magis igitur sobrinorum nuptiæ,† de quibus hoc loco quæ- 96
stio proposita fuit, ab eodem Pontifice relaxari possunt: quoniam, secundum Vlpianum,nõ debet,† cui, 97
quod plus est, licet,quod minus est, non licere. l.non debet. D. de regulis iuris. Præsertim si eadem vtrobique est ratio:vt idem quoque ius vtrobique statuatur, † quum parium paria sint illicita: arg.l.non possunt. 98
cum seq.D.de legib.& c.inter. c.sicut ergo.de translat. episcop. Præsertim quum satis constet, per eiusmodi indulgentiam neq; statum deformari ecclesiæ: † iuxta 99
glos. in c. à nobis. de donat. neque periculosum aliquam aut difficilem nouitatem introduci: c.fi.de conditione appos. c. de infidelium. de consang.& affinit. c.sedes.de rescript. Facit l.3. §.permittitur.vbi glos.in verb. impetrabile. de aqua quot. & æstiu. & quæ not. Doctores in c.quę in ecclesiarum.de constitut.verùm multò magis redire hoc modo rem ad sua initia,† & 100
quasi primordia.c.etsi illa.2.q.7.c.ab exordio. dist.35. l.si vnus.§.pactis.D.de pactis.§.cùm verò.Instit.de rerum diuis. cum similib. Quò etiam illud referendum esse videtur, quod in hoc casu non refragetur ius Saxonicum: † quo aliâs & ciuitas, & prouincia vestra vti- 101
tur in causis ciuilibus: quippe quod sobrinorum nuptias expresè concedit, etiam sine causa cognita, vt noua Mauricij Electoris hac de re publicata constitutio satis hoc declarat. Quæ autem de Pontificis Romani potestate hactenus dicta sunt, eadem quoq; ad Reges,ac Principes, aliosq; † Magistratus, optimo iu- 102
re producenda sunt: quos & ipsos vt ius corrigere, & mutare. † l.ius ciuile.§.ius prætorium.D.de iust.& iur. 103
& l.1. vbi Dd.Cod.de legib. Ita de matrimoniis disceptare: † & in his,quę humana auctoritate sancita sunt, 104
liberè aliquid statuere, aut relaxare posse non est dubium.c.cùm contingat.vbi Alc.nu.16.de iureiur.Nam qđ iuris habet Pontifex in orbe Christiano, hoc Episcopus in sua diœcesi habet.† c.accedentib. de excess. 105

prelat.Dec.in c.cauſam matrimonij.in princ.de offic. deleg. &in c.propoſuiſti.de probat.Et quod Imperator in imperio poteſt Romano, qui pater eſt legum: Auth.de inceſt.nupt.§.dubitatum itaque.collat.2. at-
106 que adeò lex quædam animata in terris, † vt in Auth. de conſuet.in princ.collat.4.& c.quædam.35.q.6.hoc idem vnuſquiſque rex,aut princeps, aliusúe magiſtratus, in ſuo poteſt regnó, aut principatu, aut Republi-
107 ca.† Bald.in l.exemplo.num.4.C.de probat.&in l. cũ teſtamentum. C.de iur.& fact.ignor. & in l. hoſtes. D. de capt.& poſtlim.reuerſ.Iaſon in l. ex hoc iure.num. 26.D.de iuſt.&iur. Alex.in l.ſi mihi. D. de verb. oblig. Afflict.deciſ.305.num.5.Dec.conſ.390.num.10.Socin. Iun.conſ.82.num.12. vol.3. Menoch. conſ.2. num.63. lib.1. Quibus adiungere licet, quæ notat Bart.in l.infamem.in fin.D.de publ.iud.per l.hoſtes.cum ib.not. D.de capt.& poſtlim. & Panorm.in c. cum te. num.19. de ſentent. & re iud. & in c. per venerabilem, Qui fil. ſint legit. Et N. Euerad. in Top. legal.c.99. in loco, A plenitudine poteſtatis.

De Nuptiis fratriæ prohibitis.

QVAESTIO IV.

MAGNA fuit ſuperioribus annis controuerſia inter Theologos,& Iuriſconſultos:Sitne ius fratriæ ducendæ: vno ſcilicet fratre defuncto, & altero adhuc ſuperſtite: præſertim,ſi is ſine liberis deceſſerit: & ſi auctoritas acceſſerit Pontificis,aut eius, qui matrimonij diſceptãdi poteſtatem habet:qua quod lege videtur eſſe prohibitũ, quadantenus is relaxare,& ex cauſa, vt vocant,diſpenſare iure quodam ſuo poſſit.Et quãquam de hac quęſtione multa multos loqui video: partim ſuæ vtilitatis cauſa:partim verò auctoritatis Pontificiæ conſtabiliẽ-
1 dæ gratia: quòd nefas eſſe putent cõtra ſanctam,vt † ipſi loquuntur,Apoſtolicam ſedem, aliquid dicere,aut omni-

omninò hiscere: quæ cunctorum sit mater fidelium, & magistra: cui omnes idcircò parére necesse sit: vt est in c.1.dist.12.& c.omnes.dist.22. Tamen quum Iurisconsulti † munus sit, & officium, non minùs, ac Iudicis i- 2
psius, fidem inuestigare veritatis: l.15.apud. C.de eod. c.iudicantem.30.q.5.& c.occidit.23.q.8.neq; ad multitudinem respicere, sed potiùs ad sinceram fidem, & religionem: cui lux semper assistit veritatis: † l.ob car- 3
mē.D.de testib.& l.1.C. de vet.iur.enucl.c.si solus.dist.
8.quę quidem veritas id, quod est, simpliciter dicit: † c. 4
cum humilitatis.22.q.2.quam qui metu cuiuslibet potestatis occultat, iram Dei super se prouocat: † quia 5
magis timet hominem, quàm Deum: c.quisquis.11.q.
3. Idcircò paucis de hac quæstione sententiam aperiā meam: quæ omni iuri non modò diuino, sed etiā humano sit consentanea: quam profectò sequi cōsultissimum est: l.inciuilem. C.de furt.& l.non est dubium. c.de repud.quum, secundum Callistratum, nec verecundiæ, nec dignitati, nec pietati conueniat, quicquā non iure facere. † l.penult.D. ad L.Iul. de vi priua. Sic 6
igitur cēseo, & sic statuo: fratriam à fratre adhuc superstite in vxorem duci neutiquam posse. † neque vlla ra- 7
tione in eo à Pontifice, aut alio magistratu, aliquid relaxari aut indulgeri oportere. Quæ sentētia quibus rationibus fundata sit, intelligendum esse puto. Nam primò quod contra legem fit, ipso iure nullum est. † l. 8
non dubiū.C.de legi.vbi Theodos.& Valentin.Impp. rescripserunt: nullum pactum, aut contractum inter eos videri subsecutum: qui cōtrahunt, lege contrahere prohibēte. Quomodo & Anastasius Imperator rescriptum, quod incestas nuptias permittit, ipso iure nullū esse † affirmat in l.vlt. C.de incest.nupt. Quod autem 9
per se, & iure ipso nullum est: † nullum parit effectum. 10
l.non putauit.§.nō quæuis.vbi Bart.& Dd. de bonor. possess. cont.tab. & l.4. §. condemnatum.D. de re iudic.l.eius, qui in prouincia. ad fin.D. si cert. petat. l.si seruum.§.1.D.de actio.empti.Nam paria sunt, aliquid non fieri, & non rectè, id est, contra legem fieri. † L.1.§. 11

in quibus.D. Quod cuiusq; vniuers.l.quoties. cum ib. not.D. qui satisd. cog.§. vlt.Inst.de satisd. Quum ea,quæ
12 contra leges fiunt, † nec facere nos posse credendum sit.l.filius.D.de condit. instit.l. contra iuris. D.de pact. & quæ contra leges facta sunt, per leges ea dissolui
13 rursus mereantur.† c.vides.& c.constitutiones.dist.10. Atqui cōtra legem omninò facit is, qui fratriam suam, non minùs, ac qui sororem in vxorem ducit: quippe cui fratria si nō cognatione, at affinitate soror esse cē-
14 setur: † cum qua connubium esse nullo iure potest.§. inter eas.Inst. de nupt.l.nemini. Cod. de nupt.l.5. C. de incest. nupt. Ac primùm quidem ius diuinum ex-
15 presè prohibet fratriæ nuptias. † Leuit. c. 18. & c. 20. vt citat glos. magistr. in c. literas. verb. diuina. de restit. spoliat. Si quis (inquit Deus) fratris sui vxorem duxerit: abominandam rem facit: nam fratris sui verenda detegit: absque liberis sunto:hoc est,etiamsi liberos habeant eiusmodi coniuges: liberi iusti,ac legitimi ne habentor. Quemadmodum hoc idem quoq; iure ciuili sancitum est de incestis nuptiis: vt nec vir, nec vxor,nec liberi, nec nuptiæ, nec matrimoniū, nec dos intelligatur.§.si aduersus. Inst.de nupt.l. 6.& tot. tit.Cod.de incest.nupt.&l.6.Cod.de interd.matrim. Sed ius quidem diuinum semper firmum, atque im-
16 mutabile est: † & diuina quadam prouidentia constitutum.§.sed naturalia.Inst.de iur.nat.c.hæc quę.dist. 5.c.non est.dist.6. Et not. Præpos.in c.fin.§. is itaque. ead.dist.Quod sanè eò maiore obseruantia,& religione seruandum est:quò grauius est,& intolerabilius,æternam, quàm temporalem offendere maiestatem:
17 † vt Imper.ait in Auth.Gazaros. Cod. de hæred. & in c.3.§. Gazaros. de statut. & consuet. in vsibus fundorum: & in c. vergentis. de hæret. Deinde Canonum
18 ius vetus, † vt & nouū, easdem similiter vetat nuptias: quos tanquam regulas patrum contemnere haud li-
19 cet, sed potiùs seruare: † non minùs,nec leges principum:c.quis autem.c. de capitulis.& c.fin.dist.10. contra quos etiamsi quid fuerit constitutum, aut sancitum,

ſum, nullius momenti † eſt. d. c. conſtitutiones. diſt. 10.
quum nemini liceat, ſine diſcretione iuſtitiæ, contra 20
diſciplinam Eccleſiæ aliquid agere, aut ſtatuere. † c. 1. 21
& c. non decet. diſt. 12. adeò, vt ne lex quidem Impera-
toria diſſoluere poſſit iura Eccleſiaſtica: † c. lege. diſt. 22
10. præſertim quum conſcientiæ periculum aliquod
vertitur. † Bart. & reliqui DD. in l. priuilegium. Cod. 23
de ſacroſ. Eccleſ. Panormit. in c. 1. de nou. oper. nunc.
Sed Canonis quidẽ Apoſtolici † de hac re verba ſunt 24
hæc: Si quis (inquit) duas ſorores duxerit: ad clerum
ne admittitor. can. Apoſt. 19. Cui reſpondet alter ille
Canon Synodi Neocæſarienſis; Mulier ſi duobus nu-
pſerit fratribus, in diem vſque mortis ab Eccleſiæ cõ-
munione excluditor. Canon. 6. Cum quo facit Canõ
ille Concilij Aurelianenſis primi: Frater ſuperſtes fra-
tris defuncti torum ne aſcendito: nec ſe quiſquam a-
miſſæ vxoris ſuæ ſorori ſociare audeto. Canõ. 22. Cõ-
cord. c. quędam. & c. ſi quis viduam. 32. q. 7. & c. de illo.
de eo, qui cogit conſang. vxor. vel ſpõn. & c. Ioannes.
diſt. 26. cum ſim. Sic & Alexander III. Pontifex ſpon-
ſam fratris à fratre in vxorem duci poſſe negat. cap. ad
audientiam. de ſponſal. Et Iulianus Papa: Si quis (in-
quit) deſponſauerit vxorem, vel ſubarrauerit: eo mor
tuo, frater eius ſuperſtes non poteſt eam ducere vxo-
rem vllo vnquam tempore. l. ſi quis deſponſauerit. 27.
quæſt. 2. Præterea ius quoque ciuile † eaſdem diſer- 25
tè prohibet nuptias: cui tanquam viuæ magiſtratus
voci meritò parendum eſt. leg. 3. Cod. de legi. Quum,
ſecundum Tullium, lex ſit mutus magiſtratus, & con-
trà magiſtratus ſit lex loquens. † Auth. de conſuetu- 26
dine. in principio. collat. quarta. lege. nam & ipſum.
D. de iuſtitia. & iure. & quum Imperator ſit domi-
nus totius mundi: † l. deprecatio. D. ad legem Rhod. 27
de iact. & l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præſcri-
ption. qui lex eſt animata in terris. gl. in Auth. de con-
ſang. & affin. c. quædã 35. q. 6. cui ſoli leges condere, &
interpretari conceſſum eſt. † l. 2. §. ſi quid verò. C. de 28
iur. vet. enucl. de cuius poteſtate diſputare velle, inſtar

29 sacrilegij † habetur.l. 2. C.de crim sacril.Sic igitur hac de re extat constitutio Imperatorum trium in l. fratris.C.de incest.nupt.Fratris(inquiunt) vxoré ducendi,vel duabus sororibus coniungendi licentiam penitùs submouemus: nec dissoluto quoque modo coniugio.Quod sanè interdictum Zeno Imperator etiam
30 producere videtur ad fratriam eam,quę spósa † solùm fuit fratris defuncti: aut siquidem vxor fuit, post mortem eius virgo mansit: vt ne hanc quidem in vxorem frater superstes ducere queat. l. licet. Cod. de incest. nupt. Quemadmodum & Anastasius Imp. scelestum eiusmodi contubernium nominat:in quo fratris vxorem,vt & fratris filiam,aut sororis, legitimam turpissimo
31 mo consortio amplecti vxorem liceat:† vt est text.in l.
32 vlt.C.eod.tit.postremò,ius quoque Gentium,† quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes peræquè custoditur: §. ius autem ciuile. Inst. de iur. nat. & l. 1. in fin.& l.omnes.D.de iust. & iu.
33 Sicut & ius consuetudinis, † quod moribus passim receptum,& in imperio Romano vsurpatum est,eiusmodi incestas damnat nuptias: secund. Paul.in l.vlt.D.de rit.nupt.& Vlp.Inst.c.5.& Caium tit.4.lib.1. Nam hoc ipso quoque iure, post Romani imperij ruinam, vsos
34 fuisse constat † Alemannos,Boios,Francos,& alios: vt ex eorum legibus apparet. Leg.Alemann. tit. 40. §.1. Leg.Boior.tit.8.Leg.Franc.lib.5.tit.4. Quod sanè ius gentium,vt vim omnibus in locis vnam eandemq; habet:non quia sic videatur,aut nô videatur,sed quia ra-
35 tione naturali ita bonum & æquum iudicetur:† secundum Aristot. lib. Eth. 5. c. 7. Ita omni generi humano commune est:& ab omnibus communiter custodiendum.§.ius autem gentium.Inst.de iur.nat.Neque verò ratione carent omnes hæ leges,& æquitate naturali: de quibus hactenus dictum est:quæ vt consuetudi-
36 nem,ita legem maximè commendat:† c.consuetudo. de constitut. Quum ea demum lex sit iusta,& bona: si
37 ratione constet: † si religioni conueniat: si disciplinæ congruat: si denique omnium saluti consulat. d.c.cõsuetu-

ſuetudo. Quæ quidem ratio à natura ſumta eſt, quoniam ſcilicet fratria & leuir, vt dixi, inter ſe affinitate ſunt fratres & ſorores. † l.5. Cod. de inceſt. nupt. inter 38
quos nuptiæ non magis conſtare poſſunt, quàm inter eos, qui cognatione ſunt fratres & ſorores: §. inter eas. Inſt. de nupt. & l. nemini. C. eod. tit. Propterea † quòd 39
quum, ſecundum verbum Domini, vir & vxor vna ſint caro: Geneſ. c. 2. & Marc. c. 12. vt citat c. Martinus. de cognat. lega. c. peruenit. de coniug. lepros. c. Agatoſa. 26. q. 2. c. ſi cuius. 35. q. 10. non minùs abſtinendum ſit viro à cognatis vxoris: & contrà vxori à cognatis viri, quàm à ſuis: † c. ex literis. de conſang. & affin. c. ſponſam. de ſponſal. & tot. tit. 35. q. 3. Quam in ſententiam 40
præclarè admodum, & verè ſcribit D. Baſilius in epiſtola quadam ad Diodorum: Lex diuina (inquit) quũ præcipit: Ne ingrediaris ad propinquam carnis tuæ: hoc quoque cognationis genus (de quo ſcilicet hîc quæſtio propoſita eſt) comprehendit. Quid enim eſſe poteſt homini vxore ſua, vel potiùs carne magis propinquum? ſiquidem nõ ſunt ampliùs duo, ſed vna caro. Sic per vxorem ſoror eius tranſit ad propinquitatẽ carnis ſuæ: ac proinde vt vxoris matrem non accipiet in vxorem: ita nec eius filiam: quoniam nec ſuam matrem, nec ſuam filiã: ſic nec ſororẽ vxoris: quoniã nec ſororẽ ſuam. Sunt enim vtriſq; cõmunia cognationis iura. Hæc ille. Iam porrò videndum eſt, q̃ in contrariũ afferri ſoleant argumenta: q̃ ſpeciem interdum habẽt veritatis. Sed duo quidẽ potiſſimùm ſunt, q̃ repugnare huic ſententiæ videntur: leges nimirũ contrariæ, vt & contraria exẽpla: deinde Põtificia, vt vocãt, diſpẽſatio, ſiue indulgẽtia. Quod ad primũ attinet: ſanè prõtum eſt, leges legib. concordare. † l. vnica. C. de inoffic. 41
dot. & not. in §. fin. Auth. de exhib. & intro. re. coll. 5. quarũ tamẽ correctio inprimis vitanda eſt: † l. præcipimus. in fi. C. de appel. c. cũ expediat. de elect. in 6. cum 42
dilectus. iunct. gl. verb. iuri communi. de cõſuet. Nam quod legis diuinæ obiicitur auctoritas contraria: de vxore fratris a fratre adhuc ſuperſtite ducenda: magni

43 profectò momenti est: Si fratrum (inquit Moses) † contubernalium alter mortuus fuerit sine liberis: defuncti vxor alieno ne nubito. Leuir cum ea conuenito: eamque in matrimonium, leuiri iure, ducito: quemq; ea primogenium in lucem ediderit, in nomen is fratris defuncti concedito: ne illius nomen ex populo Dei deleatur. Deuteron. c. 25. Quæ lex repetitur in libro Ruthæ c. 4. & apud Matth. c. 22. Cui sanè legi non planè repugnat altera illa lex diuina, quæ extat in Leuitico c. 18. Vxoris sororem, ea viuente, ne ducito. Ex qua inferri posse videtur à contrario sensu: mortua vxore, sororis eius, quæ glos nominatur, ducendæ ius, ac potestatem esse. Nam disertè in eo loco addit hanc rationem Moses: ne res illa vxori faciat dolorē. Quasi lex illa solùm prohibeat: vna sorore superstite, ac repudiata, alteram superinducere: quòd nimirum repudiatæ illius dolor hoc pacto conduplicetur: exemplo Iacobi illius Patriarchæ: qui sorores duas, Liam & Rachelem, non sine æmulatione simul in matrimonio habuit: Genes. c. 29. in qua sentētia fuisse videtur Au-
44 gustinus in Leuit. c. 18. q. 61. Paria autem † sunt duob. fratribus eandem vxorem, & duabus sororibus eundē
45 coniungi maritū: vt quoniam eadē est † vtrobiq; ratio, idem quoq; ius vtrobiq; valere debeat: l. non possunt. cum legib. seq. D. de leg. l. illud. D. ad L. Aquil. l. 2. §. sed
46 quia diuinæ. C. de vet. iur. enucl. Quam ad rem † cōfirmandā affertur quoq; notum illud Iudę exemplum: q. Thamarem viduā Eris filij sui natu maximi, post mortē eius nuptū collocauit Onani alteri filio: vt suā fratris iure faceret, & hoc modo prolem fratri suscitaret: quā tandem ipse quoq; Iudas, mortua vxore, insciens opprimit. Genes. 38. Sed quomodo leges hæ, vnà cum exemplis, inter se comparari possint, videndum est. Principiò autem tenendum est illud, quod M. Cicero monet: Omnis (inquit) lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quadam, aut communiter in plures res, aut in certam aliquam rem scripta est, &c. lib. 2. de Inuent. Sic quod ad legem

legem illam Mosaicam attinet: distinguẽdum esse puto, inter legem generalem, † quæ vniuersos obligat: & 47
specialẽ, quæ ad paucos pertinet: secundum not. DD.
in l. 2. C. quæ sit longa consuet. & in l. de quibus. D. de
legib. Neq; enim lex, aut cõsuetudo specialis, quę certi alicuius loci propria est, & quasi peculiaris, tollit legem generalem: sed derogat ei duntaxat: † & in eo solum loco præfertur: vbi lex eiusmodi, aut consuetudo 48
nata est: ex vulgata illa regula: qua dicitur: Generi per
speciẽ derogatur: † l. in toto. D. de reg. iur. & c. generali. 49
eod. tit. lib. 6. Quæ quidem aliàs non vsq; adeò sui valet momento: vt aut rationem vincat, aut legem: † vt 50
Imp. Constant. ait in l. 2. C. q̃ sit long. consuet. cũ quo
facit c. consuetudinis. dist. 11. & c. cũ causa. de sent. & re
iudic. Sic lex illa de nuptiis fratriæ, & gloris, specialis
est & localis: † quæ non nisi in populo certo & in casu 51
certo locũ habet: & exceptio quædã est legis illius generalis, secũdum Augustinum: sed quæ peculiari quadam ratione nititur: quippe quę, familię primogeniorum cõseruandæ causa, potissimùm instituta fuit: quæ
populum Dei in certas trib⁹ distinctũ à reliquis separabat: sicut & mysticum † hoc fuisse affirmat gl. in c. ad 52
audientiã. verb. sponsam fratris. de sponsal. quod mysteriũ explicat Augustinus in c. olim. 8. q. 1. Quoniam
igitur contra rationem iuris hoc constitutum est: ius
singulare est, minimeque ad consequentias producẽdum: † l. quod verò. l. in iis. l. quod non ratione. l. ius 53
singulare. cum sim. D. de leg. Dissimilium enim dissimi 54
lis est ratio: & non nisi de similibus idem solet esse iudicium c. inter. c. sicut ergo. de translat. episc. Bald. in
l. humanitatis. n. 14. C. de impub. subst. Itaque cessante ratione, ipsa quoq; cessat dispositio: † l. fin. D. ad Syl. 55
lan. adeoq; mutata & abrogata ratione legis, ipsa quoque lex, cuius ratio fuit, mutata & abrogata censetur.
† exemplo l. 1. in princ. D. ad L. Iul. de ambitu. & l. 3. in 56
princ. Cod. de edicto D. Hadr. toll. & l. 1. in princ. D. de
legit. tut. Sic arg. per simile dissoluitur per dissimile.
† L. 2. C. de commer. c. per venerabilem. qui fil. sint le- 57

gitimi. Sed & quum lex est specialis, & ratio generalis,
58 tunc generaliter lex intelligenda est. † l.regula. §.si qs ius. vbi Bart. D.de iur.& fact.ignor. glos.in Clem.1. de elect.& in c.porrecta.de confir.vtil.vel inut. Quæ quidem si in præteritum aliquid fortassis indulsit, in futu
59 rum omninò vetat: † secundum Vlpian.in l.cùm lex. D.de legibus. Neque verò obstat, quod in lege vna apponitur conditio, Si sine liberis frater decesserit: quẽadmodum nec obstat, quod in altera lege additur exceptio, ILLA VIVENTE: quasi tunc demum fratriæ, aut gloris matrimonium sit illicitum: si aut liberos ex marito defuncto susceperit, aut si in viuis adhuc sit vxor altera: dato nimirum libello repudij, secundum legem Mosaicam. argum.c.olim. 8.quæst.1.& c.fin. de diuort. quòd satis hoc declaret Ioãnis Baptistæ exemplum, nuptias Herodis incestas improbantis cum He-
60 rodiade Philippi fratris vxore, † quam, viuente adhuc eo, furtim is abduxerat, repudiata vxore legitima, Aretæ Regis filia, vt not. Nic. Lyra in Leuit.cap.18. itemq; in Marc.cap.6.& Luc.cap.14.in prin. quos citat M.Natta d.cons.35. num.12.lib.1. Vt propterea excusari posse videatur matrimonium Honorij Imperatoris, qui vna Stiliconis filia in vxorẽ ducta, sed eadem ante nuptias mortua, alteram postea superinduxit: sicut & Sigismundi Augusti Poloniæ Regis, qui sorores itidem duas, Catharinam & Elisabetham, Ferdinandi Cæsaris filias, in matrimonio successiuè habuit: & Heinrici VIII. Angliæ Regis, q, Pontifice auctore, Catharinam fratriam, Ferdinandi Hispaniarum Regis filiam duxit, Arcturo fratre suo sine liberis defuncto: quam postea tamen idem repudiauit: quòd diceret, aduersus Dei præcepta potestatẽ Pontificis iustam non videri. Quæ sanè coniugia omnia ex permissione legis Mosaicæ, tolerari posse videtur. Quam ad obiectionem sic breuiter respondeo: Non temerè ex eo, quod scriptum est,
61 colligi debere, quod scriptũ non est: † vt grauiter omninò, & rectè monet Basilius in Epistola ad Diodorũ. Præsertim si id, quod ex eo cõsequi videtur, vel absurdum

dum est, vel alio loco prohibitum, aut damnatum: secundum Salic. in rubr. C. quæ sit long. consuet. Neq; enim à lege communi temerè recedendum est, quum contra legem facere existimetur is, qui id facit, quod lex prohibet: † vt Paulus IC. ait in l. contra. D. de legi. 62
Quò fit, vt verè incestum committat is, qui contra legem diuinam nuptias contrahit: † c. literas. §. porrò. 63
de restit. spoli. c. Pictatium. 30. quæst. 3. Ac si quidem interdum matrimonium eiusmodi iam contractum, maioris mali, aut scandali vitandi causa, tolerari oporteat. arg. c. veniens. vbi gl. de sponsal. minimè illud tamẽ comprobari, aut in exẽplum trahi debet: † vt not. 64
Rom. consf. 307. circ. fin. Sicuti ne matrimonium quidem à Diuis fratribus inter auunculum, & sororis filiam propter iuris ignorantiam, & numerum liberorũ toleratum, probari debet. l. qui in prouincia. §. 2. D. de rit. nupt. quanq̃ ab his status potiùs liberorum, quàm ipsius matrimonij confirmatus fuisse videtur: secũdũ gl. & Azo. in d. l. qui in prouincia. l. si adulteriũ. §. iidem Pollioni. D. ad l. Iul. de adult. Sic nec obstat Iacobi, aut Iudæ exẽplum suprà allegatũ: quos vel ignorantia excusat, vel reuelatio aliqua diuina: † secundum textum 65
in c. gaudemus. iunc. gl. verb. diuina reuelatio. de diuort. aut si minùs eos excusat, saltẽ admonet nos illud de infirmitate naturæ humanæ. Quum singula secula misceãt aliquid contagij hominum naturæ: † q̃ in hac 66
imbecillitate nunquã est sine vitiis. Et vt fluminũ impetus secum abrumpunt ipsos nauigãtes: sic errores temporũ trahunt homines: quò minùs improbent p̃sentia: vt præclarè scribit M. Tull. Cicero in Paradox. Neq; verò exemplis, sed legib. iudicandum est: † l. nemo. §. 1. C. de sent. & interl. om. iud. l. iudices. eod. tit. 67
& l. iudices. C. de iudic. gl. in c. fin. dist. 20. Socin. reg. 280. fallent. 1. Nã vt exempla per se ipsa ius nõ faciunt: † l. sed licet. D. de offic. præsi. Ita ius commune non lędunt. † l. quæ dubitationis. D. de reg. iur. l. qui mutuũ. 68 69
D. Manda. sicut nec regulã ea restringunt. † c. 1. Ne cleric. vel monach. & l. Prætor. §. Iulianus. D. de collat. 70

bon.l.damni.in fi.D.de damno infec.§.hactenus. Inst.
de gradib. Quæ tunc demùm valent: si nimirum ea cũ
71 lege congruunt: † à qua propter exempla minimè re-
72 cedere licet: † quum non tàm spectari oporteat quid
73 factum sit: quàm quid fieri debeat: † secũdum Proculũ.
in l.sed licet.D. de offic. præsi. Impudens siquidem o-
ratio est, aliquid sic factum esse dicere: neque si quid
74 contra leges factum sit, id vllo modo imitari licet: † vt
Demosthenes scribit in orat.contra Aristocratem. Nã
75 quæ contra leges fiunt, pro non factis habentur: † l.nõ
dubium. C.de legi.l.iubemus.§. prædia autem. C. de
sacros.Eccles.l.vnica. C. qui pro sua iurisd. iud. da. Et
76 quę facta lędunt † pietatem, existimationem, verecun-
diam nostram: quæq; contra bonos mores fiunt, nec
facere nos posse credendũ est: vt pulcrè dixit Papinia-
nus in l.filius.D.de condit.institut. Sed hęc quidem sa-
tis hactenus. Restat, vt alterum argumẽtum, quod ob-
iicitur, paucis deinceps absoluamus: de Pontificis Rõ.
potestate, in dispensando, vt vocãt, matrimonio, lege
diuina prohibito. Magna verò, ac imò potiùs maxima
(si Diis placet) esse perhibetur potestas illa: quam Põ-
77 tifex Romanus habet in orbe vniuerso. † Quippe, qui
78 nõ hominis, sed Dei vicẽ gerit in terris. † c.2.& 3.transl.
præla.c.1.vers. porrò. Vt eccles.benefi. Gozad.cons.1.
nu.27.in fi.c.pro humani.de homici.lib. 6. qui omnia
regit, omnia moderatur, omnia disponit pro suo arbi-
79 trio. † c.cuncta per mundum. & c. per principalem. 11.
80 q.3.qui omnes iudicat, & à nemine iudicatur. † c.cun-
cta.c.aliorũ.c.facta.9.q.3. c.in memoriam.29.dist.qui
denique solus habet plenitudinem potestatis, cæteris
81 duntaxat in partem solicitudinis, & laboris vocatis. † c.
qui se scit.2.q.7. cuius maior est auctoritas, quàm san-
82 ctorũ. † c.de libellis.dist.20.& not.And.Sic.cõs. 1.col.
14.lib.1.cui etiam non minùs, ac Petro Apostolo, cœ-
lestis simul, & terreni imperij iura omnia à Deo con-
83 cessa sunt. † c.1.dist.22.vt potestatem is habeat ligãdi &
soluẽdi.c.nouit.de iudic.c.remanet.24.q.1. c. cõside-
randũ.dist.50.cum sim. & vt sit dominus dominantiũ,

& habeat ius regis regum in subditos. † c. cũ diuersis. 84
de priuil.lib.6.c.licet.de elect.in fi.Calder.in c.eccle-
siæ.col.3. de constit.& Bald.in c.1.col.1.de proba. & vt
imperium de gente in gentem transferat:† c.per vene 85
rabile.de elect.c.apostolicæ.de re iudic. lib. 6. Clem.
ne Romani.de iureiur.c. alius. 15. q.6.c. tibi domino.
64.dist.Et trad. Bart. in extrauag.ad repri.in verb.to-
tius orbis.& in l.2. §. præsides.ff.de requi.re.Innoc.in
c.noui.de iudi.& in c.licet. de for.com. Abb. in c. po-
stulasti.de concess.præbend.Adeoque,vt quicquid cũ
causa ille faciat iusta,& legitima, † hoc ipse Deus face- 86
re omninò videatur: cuius vice in terris ille fungitur:
vt not.gl. in c.serpens. verb.quod Deo.de pœn.dist.1.
& Io.Andr.in c.inter corporalia.verb.homo.de transl.
præla. & Host.in c. quanto. eod. tit. & Abb. in c.li-
cet.col.3.de elect. Spec. in tit. de lega. §. nunc osten-
dendum. vers. 89. quos refert in terminis; & sequitur
M. Natt.cons.33. num.9.lib.1. & cons.290. num.3.lib.
2.& cons.637.num.10.& seq.lib.3. Qui quidem ex ple
nitudine potestatis suæ rescribere potest contra ius
non modo humanum,sed etiam diuinum: † siquidem 87
opus sit: præsertim in casu aliquo singulari: nimirum
distinguendo illud aut limitando.aut etiam derogan-
do: † licet non in totũ hoc aut tollendo,aut abrogan- 88
do:vt not.Bart.in Proœm.Dig.col.3.Cyn.in l. fi. iũct.
gl.C.si cont.ius vel vtil.pub.vbi etiam Salic.& Bald.in
Auth.ad hæc.col.2.C.de vsufru.& in l.rescripta. C. de
precib. Imp. offer. Innoc. in c. post translationem. in
fin. de renunc. Pet. de Anchar. in c.1. quæ in ecclesia-
rum.de constit. quos ad hoc citat. M. Natt. in d.cons.
33.num.2.& 4. Quò fit,vt & in matrimoniis,diuina le-
ge prohibitis,ex causa dispensare possit Romanus Põ-
tifex:† vt clarè hoc decidit Io.Andr.in c.per venerabi- 89
lem. qui fil. sint legit.quem sequitur Abb. ibid.n.4.&
in d.c.literas.vers.Quæro an ecclesia.&Socin.Iun.cõs.
140.n.39.lib 2. Quod probat exẽplum Martini V.Pon
tificis, qui matrimonium etiam cum sorore germana
relaxauit: vt refert Archiepisc.Florentin in Sũm.part.

3. tit. 1. & 2. Et in specie de fratriæ nuptiis cum fratre mariti superstite contractis, auctoritate Pontificis, extat exemplum in c. vlt. de Diuort. Sic & lege Canonica idem Pontifex impedire potest matrimonium cō-
90 trahendum, & rursus dirimere iam cōtractum: † vt patet ex tit. de sponsal. cum seq. & c. gaudemus. §. penul. de diuort. c. ex publico, §. sane. vbi gl. & Dd. de conuer. coniug. Et not. post Bald. & Anchar. aliosque cōplures Curt. iun. cons. 170. num. 1. Dec. cons. 603. nu. 7. & cons. 681. num. 13. Gozad. cons. 2. num. 3. Marian. cons. 28. q. 1. dub. 1. Neuiz. lib. 1. Syl. Nupt. num. 152. & seq. quos citat Menoch. cons. 15. num. 2. lib. 1. Quippe quum Pontifex in rebus spiritualibus, cuiusmodi sunt
91 matrimonia, solus sit omnia, & super omnia: † secundum Bald. in leg. Barbarius. in fin. D. de offic. prætor. & in leg. 2. quęst. 6. Cod. de seruit. & aqua. vt de matrimonio sic statuendi omne ius habeat: quippe quod non est immutabile: sed varium, & diuersum, pro ra-
92 tione temporum, ac locorum: † sicut tradit hoc Io. Andr. in sum. super arbore consang. in fin. quem probat Pet. de Anchar. in cons. 372. cir. fin. adeò, vt si totus mundus contra Pontificē sentiat, minimè tamē sit dis-
93 cedendum ab ipsius sententia. † c. nemo. vbi gl. 11. q. 3.
94 Cephal. cōs. 97. n. 10. lib. 1. Quippe qui † nihil pręsumatur facere, nisi quod iustū est, ac verum. Bald. in l. 1. col. 2. vers. item not. D. de constit. princ. Cephal. cons. 235. n. 39. lib. 2. Verùm hæc quidē omnia, & similia his alia firmamenta, quæ de potestate Pontificis afferri solēt, mole ruunt sua: vt ea refellere nō valdè sit operosum, aut difficile, vel ex iure saltem Canonico. Nam vt con cedatur fortassis illud, summam & maximam esse Romani Pontificis potestatem: siue de facto, siue de iure:
95 ea tamen profectò non est tanta: † vt contra ius diuinū, aut naturale, quod semper firmum, atq; immutabile est, aliquid statuere, aut disponere queat. c. humanū. dist. 1. c. fin. dist. 5. in princ. & dist. 9. Neq; enim Pō-
96 tifex contra Euangeliū Christi dispensare potest. † c. sunt quidam. 26. dist. c. qui omnipotentē. 11. q. 3. neq; contra

contra legem diuinam,siue præcepta Decalogi.† c.si- 97
cut.dist.14. neq; cōtra salutiferas Apostolorum tradi-
tiones,& articulos fidei Christianę.† c.1.dist.40.c.alio 98
rum.9.q.3.c.super eo.de bigamis. Quemadmodum
nec in his dispensare potest, quæ faciunt cōtra fidem,
† aut quæ sua natura sunt mala, aut q̄ crimen aliquod 99
& peccatum inducunt.† c.etsi Christus.§.quædam.de 100
iureiur.Et not.Host.in c. quantò.de translat.præla. v-
bi dicitur,quod,excepto peccato, quasi omnia facere
liceat Pōtifici:& quod à nemine nisi contra fidē,possit
iudicari:quē refert,& sequitur Abb.in c.licet.col.3. de
elect.ac proinde in specie nec in gradibus diuina lege
prohibitis dispēsare potest:ne incestus crimē aliquod
cōmittatur.† c.literas. vbi gl.& Abb.n.17.verb.dispen 101
sare.de restit.spol.c.Pictatiū. 30.q.3.Paris.cons.98. n.
44.lib. 4. Licet in aliis gradibus, lege non diuina sed
humana prohibitis, dispensandi facultatem habeat.
† c.fin.de transact.& c.quia circa. de consanguin.& af- 102
finit. Quandoquidem lex humana cedit diuinæ, tan-
quam inferior superiori. † c. cum inferior. de maior. 103
& obed. l. nā & magistratus.D. de arb.Et sicut in pote-
statibus societatis humanæ maior potestas minori ad
obediendum præponitur: ita Deus meritò omnibus
præfertur: † vt est text.in c.quæ contra.dist.8.cui pro- 104
fectò,si quid in lege sua prohibet, magis parēdum est,
q̄ summo magistratui in terris,si id iubet: † c.Iulianus. 105
c.si dominus. c. qui resistit. 11. q. 3. adeò vt ne summo
quidem Pontifici obtemperandum sit: si quidem ex
mandato eius cōsecuturum sit peccatum, aut scanda-
lum:† secundū Innocent.d.c.qui resistit.& in c.inqui- 106
sitioni.de sent.excommun.cum aliis per Ruin. addu-
ctis in cons.42.ad fin.& 43.num.21.lib.4.Castr.in cōs.
423.num.3.lib.1.per l. si seruus non. D.de act.& oblig.
quos citat Cephal.cons.557.num.27.lib.3.Guido Pa-
pæ q.340.Qui sanè vt homo est, & peccato non caret.
† c.aliorum.9.q.3.ita profectò auctoritatem peccandi 107
non habet: & si hanc dat alteri, minimè is excusatur.
† c.1. dist. 40. tantumque abest, vt sit supra legem di- 108

uinam: vt etiam hanc vſque ad animam, & ſanguinem
109 defendere debeat.† c.ſunt quidam.25 q.1. Quumque
110 ſe vicarium Chriſti, & Dei ipſius † adminiſtrum in his
terris prohiberi velit: ſanè totum ſeſe voluntati diui-
111 næ accommodare debet. † c.vt noſtrum.vt eccleſ. be-
nefi. ſine dim. confer. neque vlla ratione domini ſui,
112 cuius legatum ſe & vicarium nominat, † factum reſcin
dere,aut infringere.arg. l.ſi hominem. D.Mand.c.du-
dum,de præben.in.6. neq; etiã vllam hoc modo per-
ſonarum acceptationem admittere:quod religioni &
113 iuſtitiæ omninò repugnat: † c. ſacrorum. diſt. 63. c
ſummoperè.11.q.3. Quemadmodum igitur pro nõ fa-
cto,aut nato habetur:quod fit, aut datur ab eo, q po-
114 teſtatem faciendi, aut dandi nõ habet: † c.quod autẽ.
de iur.patron.Ita ſimiliter nihil agere videtur Ponti-
fex: ſi in eo fortaſſis diſpenſat. in quo diſpenſare non
115 poteſt:† vt ſi impedimentum aliquod matrimonij,le-
ge diuina inductum, auctoritate relaxet humana. vt
eſt gl.in d.c.literas.verb.diſpenſare. de reſtit. ſpoli. &
gloſ in l.2.Cod.ſi nupt.ex reſcript. Pet. & Bald. in l.1.
& ibid.Ang. C.eod. tit.Spec.in §.nunc autem. tit. de
diſpenſat. libr. 1. Quod vt cum peccato coniunctum
eſt: ita ſine magno ſcandalo fieri non poteſt: quod
116 omninò cauendum eſt: † quum, ſecundum Apoſto-
lum,non ſolùm à malo, ſed etiam ſuſpicione mali ab-
117 ſtinendum ſit: † vt citat hoc Innocent.in c.veniens.de
eo qui cog.conſan.vx.ſuæ. & c.cum ab omni.de vit. &
hone. cler. Stat igitur firma, & indubitata concluſio:
leuiro fratriæ ius in vxorem ducendæ non eſſe: vt nec
ſororio gloris ipſius:per iura ſupra allegata. Quæ ſa-
nè concluſio vt conſentanea eſt omni iuri diuino, &
humano: ita contra eam nihil omninò,ne à Pontifice
quidem ipſo, aut ſtatui, aut diſpenſari debet, aut po-
teſt. Quam ſententiam tãquam veram & religioſam,
idcircò liberiùs dixi:quoniam vterque reus eſt, & qui
118 veritatem occultat, & qui mendacium dicit: † quia &
ille prodeſſe non vult,& iſte nocere deſiderat: ſecun-
dum textum in c.quiſquis.11. q.3. & c.1. de crim. falſi.
Melius

Melius autem est, pro veritate maleficium, † quàm 119
pro adulatione beneficium: secũdum Augustinum in
c.nemo peritorum.11.q.3.

De Matrimonio per errorem contracto.

QVAESTIO V.

QVAERITVR an per errorem valeat contractum matrimonium: vt si pro virgine quis in vxorem duxerit corruptam, aut vitiatam? Nam ex facto proponitur Sempronius contraxisse nuptias cum Seia: quam virginem ꝓbam esse ratus, aliquantò pòst comperit ex alio grauidam, & iam ad pariendum vicinam esse: cum qua idcircò facit diuortium. Magni profectò hæc † est res 1
præiudicij: c. fin. de procura. lib. 6. & c. non debet. de consang. & affin. Itaq; deliberato opus est, & consulto: vt quid iuris sit, rectè intelligatur: c. consultationi. de sponsal. vbi gl. c.1. in fi. de consang. ne cuiusquam in eo oneretur aut grauetur fides, atque conscientia: que, secundum † Baldum, angelus est menti præsidés. 2
l. illicitas. §. veritas. D. de offi. præsi. & l. si irruptione. §. ad officium. D. fin. regund. Consultò autem facit, qui præceptis legis obtemperat: † secundum quas pronũ- 3
ciare tutissimum est: l. inciuilem. C. de furtis l. dubiũ. in princ. C. de repud. Quoniam igitur matrimonium res est fauorabilis. † vt est in c. fin. de sent. & re iudi. c. 4
mulieri. de iureiur. c. si quis acceperit 33. q.1. pro quo in dubio semper præsumitur: † l. Herennius. §. Caia. 5
D. de euictio. equidem prima fronte videtur esse dicédũ: matrimoniũ istud semel in facie Ecclesiæ ritè contractũ, nullo modo dirimi posse, aut debere. Cuiꝰ sententiæ firmaméta à quibusdã hæc afferri animaduerto. Nã etsi aliâs error † omné vitiat cótractũ: l. doli mali ex 6
ceptio. vers. diuersum. D. de nouat. l. fin. §. idé quæsiuit. D. de cõdict. indeb. quippe qui cótrarius est cósensui. † l. si ꝑ erroré. D. de iurisd. om. iud. l. 2. D. de iudic. l. 7

nihil tam. D.de reg. iur. ſine quo nulla omninò conſi-
8 ſtit cõuentio.† l.1.§.1.D. de pact.l.in venditionibus.D.
de cõtrah.empt.l.in omnibus.D.de oblig.& actio.Tamen fauore ipſius matrimonij rectè inductum eſt: vt
9 non omnis error excludat conſenſum: † ſed ita demum,ſi error ſit vel in materia, vel in forma: quæ in re ipſa quodammodò inherent:ſecùs autem,ſi in iis,quę communiter accidunt. l. ſi ego. D. ſi cert. petat.l. cum in corpus.D.de acquir.rer.dom. Quam ad rem melius
10 diſtinguendam, quatuor erroris ſpecies faciunt † Canonum interpretes: Perſonæ videlicet, Conditionis, Fortunæ, & Qualitatis: vt eſt in c.vnico.29.q.1.& in c. oppoſuit. de coniug.ſeruor. Quorum ſanè priora illa duo,materiæ & formæ: poſteriora verò communium & accidentium rationem habent: ſecũdum Lombard. Sent.4.diſt. 30. Quemadmodum autem ad ſubſtantiã
11 rei conſtituendam † cauſæ duæ internæ requiruntur, materia ſcilicet & forma:proptereà quòd materia veluti fundamentum quoddam eſt rei ipſius,ſine quo ea
12 conſiſtere non poteſt: † arg.l.adeo. §.cum quis. D. de acquir.rer.dom.& §.cum ex aliena.Inſt.eod.tit.forma
13 autem dat eſſe rei. † d.§.cum ex aliena.& l.Iulianus.§. ſi quis rẽ.D.ad exhiben. ex qua denominatur effectus:
14 † exemplo l.iuris gentium.§.quod ferè.D.de pact.& l. naturalis.D.de præſcript. verb. Ita materia deficiente,
15 deficit effectus:† exemplo l.ſi procuratorem.§.ſi liber homo.& §.mandati.D. Mandati.& §.1.in princ.Inſt.de inut. ſtipul. cuius inhabilitas pariter impedit effectũ:
16 † exem.l.1.§.ſi quis terrenum.D.de riu. Ac rurſus defi-
17 ciente forma,effectu caret res ipſa, ſiue actio: † exem. l.prolatam.C.de ſent.& re iudic.& l.nõ ſunt.D.de ſtat.
18 hom.quæ mutata alia res cenſetur: † exemp.l.Iulian⁹. §.2.D.ad exhib.& l.Seia.D.de aur.& arg.leg.Sic nimirũ
19 error perſonæ † (vt quum Iacobo pro Rachele à Labane ſocero ſupponitur Lia) quoniam materiam vitiat ipſius matrimonij : non ſolùm impedit matrimonium cõtrahendum,ſed & dirimit contractum, vt not. poſt text.in c.tua.verb. nec conſenſit in perſonam, de

ſponſal.& tot.tit.29.q.1.& 2. Quemadmodum & conditionis error, † veluti ſi pro libera per errorem nubat 20
ſerua, ſimiliter impedit matrimonium.d.c.vnico. & c. propoſuit. vbi gl.de coniug.ſeruor. & ibidem Innoc. Panorm.& Hoſt.in Sum. §.& an matrimonium. & 37. q.6.per tot. quippe formæ eius hoc repugnat: quum in matrimonio alter alteri ſuũ corpus quaſi vtendum tradat: quod facere non poteſt ſeruus,aut ancilla,quę corpus in poteſtate ſua non habet. † l.vlt. D.de rit.nu- 21
ptiar.cum qua iure ciuili non poteſt eſſe connubium, ſed contubernium duntaxat. † l. 3. C.de inceſt.nupt. 22
l.3.D.de capit.dimin. At verò error fortunæ, aut qualitatis, † quæ accidentium numero ſunt, quoniam ea 23
vel adeſſe poſſunt,vel abeſſe, ſine rei ipſius, in qua inhærent, interitu: † exem.l.fin.C.de donat.ante nupt. 24
minimè idcircò aut impediunt, aut diſſoluunt contractum matrimonij. d.c.vnico. Nam ſi vel pro diuite pauper alicui nupſerit,valet eiuſmodi matrimonium: modò purè & ſimpliciter hoc ita contractum ſit.† d.c. 25
vnicò.c.1.de ſponſ.l.iubemus. C.de repud. Secùs autem, ſi ſub conditione duntaxat: c.de illis. de condit. appoſ.qua pendente,aut deficiente ipſum quoq; ſuſpenditur, aut deficit matrimonium p̄ copulam nondum conſummatum: † c.quemadmodum. vbi gloſ.in 26
verb.conditio.& Panorm.nu.10.de iureiur. Vel ſi pro formoſa alicui nupſerit deformis pro morigera,capitoſa: pro nobili,ignobilis: pro virgine, corrupta: qui ſanè error † qualitatis vt conſenſum non excludit. ita 27
nõ vitiat matrimonium:vt eſt text.in d.c.vnico in fin. 29.q.1.vbi in terminis expreſsè dicitur: Si quis in vxorem duxerit meretricem, aut corruptam: † quam vir- 28
ginem eſſe putat,aut probam:non poteſt eam poſtea dimittere, & aliam ducere. Et not.Dd.in c.quemadmodum. de iureiuran. Quod ſimili etiam declaratur in d.c.vnico.de vinea vbere ac fertili, bona fide ſic empta: quam poſtea minus vberem, ac fertilem emptor eſſe intelligit: quo caſu non amplius reſcinditur emptio. † d.c.vnico. Quam in ſententiam etiam Vlpia- 29

nus scribit: si quis virginem se emere existimet: quum
30 ea sit mulier:† tametsi eum sciens hoc modo venditor errare patiatur: nullo tamen modo ex ea causa redhibitionem esse: secundum tex.& not.in l.alioqui. D.de contrah.empt.l.si sterilis.§.quamuis. & l.ex empto.§. si quis virginem. D. de act.empt. Neq; enim error hic vllus est,vel sexus, vel personæ ipsius: sed potius consensus liber, atque legitimus:qui perficit contractum.
31 † l.1.in fi. D.de contrah.empt.l.cū testamentum.l.non idcircò. C.de iur.& fact.ignor. & sic ipsas quoque nu-
32 ptias,quas consensus facit,nō concubitus.† l.nuptias. D.de reg.iur. c.matrimonium.& c.coniuges.27.q.2. & quarum eadem est causa,& conditio,quę iurisiurandi, aut libertatis,aliarúmue rerum spiritualium: vt quum semel ex perfectæ sunt,& ipso iure valent,amplius re-
33 scindi nō possint † p redhibitionem, aut restitutionē, aut aliā causam. l.liberos. C.de liber.cau.& tot.tit. C. si ad liber.& Auth.sacramentum.C.si ad vend. Et not. Spec.in tit.de rest.in integ.quos in specie citat Vvesebecius in tit.Pand.de rit.nupt.nu.8.in fi. Quos enim
34 Deus coniunxit,homo ne separet,† Gen.2.& Mat.19. c.quos Deus. & c.an quod.33.q.2.& c.deinde. dist.36. & c.in prin.de transl.episc. Quòd si ex causa amissi pudoris, secundum Ambros. sponsa sponsum repudiare
35 nō potest.† c.quicquid.32.q.6.sicut nec publico iudicio mulier habet adulterij accusationem cōtra virum:
36 † l.1. C.ad leg.Iul. de adulter. nec marito profectò ex eadem causa repudiare licet coniugem: quum,secun-
37 dum Scholasticos, coniuges ad paria iudicentur. † c.si quis vxorem. 32.q.1.& quod non licet fœminæ, id nec
38 viro licere: † c.apud nos. 32.q.5. sed quod quisq; iuris
39 in alterū statuit,eodem iure ipse vti debeat.† l.1.& tot. tit. D.quod quisq; iuris. Nam tunc culpam sibi potius imputare debet,quod cum ea contraxit: cuius conditionem,aut vitæ probitatem non satis antea explora-
40 uit: † l.qui cum alio. D.de reg.iur. Quoniam qui cum alio contrahit,vel est,vel certè esse debet non ignarus
41 conditionis eius. † d.l.qui cum alio. & l.quod te. D.si
cert.

cert.pet.l.magnã.C.de contrah.ſtipul. Quumq; multò ſit grauior animi labes, quàm corporis: † neque ob 42
hanc repudiare viro vxorem liceat:vt ſi nimirum ea ſit hæretica, aut infidelis, aut alio laboret animi morbo intolerabili.† c.2.de diuort.&l.vlt.vbi gl.in verb.abo- 43
lito. C.de repud.cum ibid.allegat. multò minus profectò ob corporis aliquod vitium, cuiuſmodi eſt ſtuprum,repudio aut diuortio locus eſſe poteſt.d.c.vnico.29.q.1.Quid? quod ne ob errorem quidem conditionis, aut ignorantiam, ſi alicui ſeruo decreta ſit Magiſtratus alicuius dignitas,quũ pro libero homine haberetur,publici commodi cauſa, & humanitatis intuitu, ea, quæ ab eo geſta ſunt, reprobari ſolent.† l.Bar- 44
barius.vbi Dd.ff.de offi.præt.Quoniam vt Accur.ibidem monet,quod benè geſtum eſt,non debet ex alio euentu retractari. † gl. in d.l.3. in verb.reprobari. per 45
l.ſancimus.C de admin.tut.&l.1.in fi.&l.2.C.de inint. actuque pri. &l.ſi non expedierit.§.1,C.de bon.auct. iudic.poſ. &l.fin. Cod.de rebus eor.qui ſub tut.Quò accedit illud, quod ſtupri non poteſt accuſari mulier, quæ in vxorem poſtea ducta eſt: † quandoquidem, vt 46
Vlpian.loquitur,ſerò accuſat mores mulieris,quos ducendo probauit. † l.ſi vxor. §.fin. ff.de adulter. Quin 47
immò potius, ſi quis mulierem publicam de lupanari extractam in vxorem ducit,rem gratam, & acceptã facit Deo: † exẽplo Salmonis illius ducis, & Oſeæ Pro- 48
phetæ,Ioſue c.2.& 6.C.ſe.c.1.quos laudat D.Hieronymus,ꝙ meretrices,quas duxerint, ad pudicitiam conuerterint,& ex malis bonas fecerint: ſecundum tex.in c.vlt.& pen.32.q.1.Propterea ꝙ inter opera caritatis non minimũ eſſe videatur, errantem ab erroris ſui via reuocare.† c.inter opera.vbi gl.de ſponſ. Matrimoniũ 49
ſiquidem omnia purgat,† & purificat: c.ſuper eod. de 50
eo,q conſang.vx.ſuæ.gl.in c.veniens ad nos.de ſponſ. Adde ꝙ falſa cauſa non vitiat actum ſiue contractum. † l.falſa demonſtratio.&l.demonſtratio. ff.de cond. it. 51
& demonſtr. l.2.C.de falſ.cau.adiect.præſc. ti n ſi cauſa ſit impulſiua duntaxat: ex cuius errore ne legatum

52 quidem minuitur: † quippe quum ratio legandi non
53 cohæreat legato. † §.huic proxima. Inſtit.de legat. l.
cum tale. §.falſa.D.de cond.& demonſtr. arg.gl.in l.1.
verb.cauſam. D.de poſtulan. arg.l.ſi mulier. C.de iur.
dot. Qua de re plura videre licet apud Tiraq.in tract.
reg.Ceſſante cauſa,ceſſat effectus : vbi dicit, in dubio
ſemper impulſiuã potius, quàm finalem cauſam præ-
54 ſumi. † Et tradit Bald.in l.generaliter. colum.3. C.de
epiſc.& cler.Bart.in extrauag.ad reprimendum.verb.
nec ex eorum abſentia, &c. Cæterum his rationibus
omnibus nõ obſtantibus,contrariam ego ſententiam
veriorem eſſe puto:nimirum in hoc caſu,quo pro vir-
gine nupſit alicui corrupta, aut ab alio cõpreſſa : om-
nino poſſe dirimi, aut diſſolui matrimonium : modò
conſtet ex certis ſignis, atque argumentis: eam planè
fuiſſe corruptã, & ab alio vitiatam : ſiue ex vtero præ-
gnante, ſiue ex partus tempore, ſiue deniq; ex ipſiuſ-
55 met mulieris confeſſione: † quæ & ipſa probatio, vt
56 Baldus loquitur, probata eſt: † in l.Deo nobis. C.de
epiſc. & cler. & in Auth.ſed iam neceſſe. C.de donat.
ante nupt. vt locum hic non habeat leuis aliqua, aut
etiam ſatis grauis ſuſpicio, vel præſumtio : cuius cau-
57 ſam maniſeſtè probari oportet: † arg.c.cum ſuper.de
conceſs.præben. c.1. de iis, quæ fiunt à maio.part. Et
not.gl.in c.non eſt. de conſtit.lib.6. & in l.4.in princ.
D.de vi bon.rapt.& in l.1.in prin. D.ſi quadr.paup.fec.
dic.& in l.ſi prius.verb.egiſſet. vbi Curt.& Dd.not.D.
de oper.nou.nunc. Bart.in l.ait prætor.§.ſi debitoré.
verſ.quærit diuus.D.quę in fraud.cred.& in extrauag.
ad reprimendum.verb.aſſeratur. Guil.de Cuneo in
l.literas. §.ne potentiores. D.de offic.præſid. p §.ne-
que.cum ibi not.Auth.de mand.princ.Alex.conſ.88.
col.7.lib.5. Præſertim ſi certum ſit, eum, qui contra-
58 xit,in virginé duntaxat conſenſiſſe. † d.c.quemadmo-
dum.vbi gloſ.de iureiur. nec ſpontè, aut culpa aliqua
59 ſua, quæ magna eſt negligentia, † aut fatua quadam
60 credulitate, quæ doli pœnam tollit, † deceptũ fuiſſe.
l.magna negligentia.D.de verb.ſignif.Soarez.in verb.
doli.

doli.com.opin.num.112.nec denique rei cognitæ per concubitum postea acquieuisse. † arg.l.si vxor. D. de 61
adulter. Nam siquidem ab altero corrupta sit, aut vitiata mulier ante sponsalia, dolus malus est; quo inscium & ignorãtem ea circumuenit maritum: cui tanquam virgo adhuc proba, & integra, fidem dedit matrimonij l.1.D.de dolo mal. qui profectò vbi adest, ibi enormissima est læsio: † vt est cõmunis opinio secun- 62
dum Soarez. in verb.dolus. num.109. & Riminald.in consil.11.num.122. Per dolum autem malum, si legitimè is probetur in iudicio, non modò contractus bonæ fidei ipso iure vitiatur. † l.& eleganter. in prin. vbi 63
Bart.D.depos. Sed & stricti iuris contractus † per exce 64
ptionem rescinditur: l.pen. C.de inut.stipul. l.si quis cum alter. D.de verb.oblig. & priuilegium quodcunque amittitur. † l.2. §.verba itaq;. D.ad S.C.Velleian. 65
adeoq; infamia irrogatur,† aut certè existimatio eius, 66
qui dolum commisit, grauatur apud bonos viros: arg. l.1.vbi Dd.not. D.de his qui notan.infam. & sic ipsum quoque annihilatur matrimonium. c. tua. in fin. de sponsal. quod contractus est bonæ fidei: † vt vult Ias. 67
post Fabr. † Instit.de action.§.fuerat. num.12.&13.Ac 68
meritò illud quidem, quum, secundum Vlpian. non sit æquũm dolum suum quenquã releuare: † l.verum 69
est.§.tempus autem. D.pro socio. aut ex eo quẽquam lucrari: † l.non debet. in fin. D.de dol.mal. Sicut nec 70
par est, simplicitatem cuiquam obesse suam, aut fraudem patrocinari: † l.1.in princ. & l.ne ex dolo. D.eod. 71
tit.l.si in fraudem.C.de legat. Quòd si verò ea demũ post sponsalia, sed ante nuptias corrupta sit, aut vitiata, omninò rea sit adulterij: † quippe quę adhuc spon 72
sa, vxoris loco, tũc habetur. † l.si sponsa. D.de iur.dot. 73
l.lex Iulia.D.de fund.dot.l.item apud. §.sponsa. D.de iniur. l.si vxor. & l.non sine. C.de bon.quæ lib. l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab.l.2.§.si sponsi.C.de priuil. cred.quibus in locis eiusmodi sponsa expresè nominatur vxor: sicut & in sacris literis Deut.22. vt si cum altero interim concumbat, verè tunc sit mœcha, &

74 adultera. † gl.in c.quemadmodum. verb.teneatur. de iureiur. Panorm.in rubr.& c.pen.de sponsal. & gl.in l. cũ qui duas. in verb.vxores. C.de adult. & ibid. Salic. & Bald.Schurf.consil.9.cent.3.quam qui retinet, stul-
75 tus est, & iniquus: † auctore Salomone, Prouerb.c.18. & Siracide c.25.vt refert diuus Hieronymus in c.dixit. 32.quæst.1. Quomodo & Hermes, Pauli Apostoli disci pulus scribit, maritum esse reum peccati vxoris suæ, & participem adulterij ipsius, si eam retineat, quam scit
76 esse adulteram: † & latè de hoc tractatur in c.32.q.1. per tot. Nam & Iosephus apud Matthæum à iustitia commendatur: quòd cum Maria sponsa, quam ab alio grauidam suspicatur, clàm semigrare constituit: cum qua alioquin, si res non fuisset integra, iudicio experiri potuisset: non sine infamia ipsius, aut periculo. Et apud Terentium in Hecyra Pamphilus recusat eam in vxorem ducere, quã ex alio imprægnatam esse putat: sicut & Creusa apud Euripidem, quæ grauida alteri nupserat, ab ipsa Pallade fingitur eripi supplicio: ex quo apparet iure gentium capitale hoc crimen fuisse.
77 Cuius pœna ex lege fortassis Mosaica † origině suam traxit: quæ eiusmodi mulierem, quæ virginem se mentitur, eadem lapidationis pœna, post copulam punit, atque adulteram ipsam: ac proinde repudium, aut diuortium ante copulam multò magis concedere videtur: de qua est Deuter.c.21.& 22.Sed & iure ciuili maximis de causis expressè hoc cautum est à Leone Imp. const.92. Et diui Impp. Seuerus atque Antoninus re-
78 scripserunt, crimen lenocinij † contrahere eum, q deprehensam in adulterio vxorem in matrimonio habet.l.2.C.ad leg.Iul.de adult. Itaq; passim hoc tempore in curiis & iudiciis Ecclesiasticis obseruari videmus: vt quoniã sine magno non modò dedecore, sed etiam scandalo, ab alio compressa, aut imprægnata in vxoré duci non potest: non solùm concedatur diuortium, vt Canones loquuntur, quò ad mensam, & torum: sed & facultas detur ei, q innocés est, ad secunda vota trans-
79 eundi: † vt not.Schurf.d.consf.9.cent.3. & Melanthon in

In tract.de coniug. præsertim quum exitus ferè tristes & difficiles sortiantur eiusmodi matrimonia coacta.
† c.præterea.c.cum locum.c.requisiuit.de spons.Neq; 80
verò obstant argumenta contraria s.commemorata: quæ sanè refutare non est difficile. Nam quod in d.c. vnico: 29.q.1.dicitur, errorem personæ & conditionis duntaxat,nó etiam fortunæ & qualitatis impedire,aut dirimere contractum matrimonij:verum quidem hoc
esse puto: † sed rectè tamen, & dextrè intellectum: vt 81
si quidem sit error personæ, qui consensum nó habet.
† l.2.D.de iudic.Summo iure in hoc nó semper vti con 82
ueniat: maximè per copulam iam confirmato matrimonio: exemplo Iacobi illius Patriarchæ, de quo s. dictum est, qui Liam sibi vxorem à socero Labane pro Rachele suppositam minimè repudiauit, Genes.c.38. Quemadmodum & si error sit conditionis, fauore matrimonij, & humanitatis ipsius intuitu, ratum habere præstat eiusmodi matrimonium.argum.l.3.D.de offic. præsid.præsertim apud nos Christianos:quibus incognita est vetus illa seruitutis ratio: † secundum glos.&
83
Dd.in c.proposuit.de coniug.seru.& tot.tit.37.q.6. Si verò error sit fortunæ, quem vocāt, sponsalia quidem in præsens tempus contracta, ob eū nó fiunt amplius irrita:sicut nec ob dotem non solutam, aut aliam causam
eiusmodi: † d.l.iubemus.C.de repud. c.1.de spon 84
sal.at in futurum tempus hoc modo, & sub códitione
contracta,dissolui possunt: nisi códitio impleatur. † c. 85
3.de cond.appos. Quòd si deniq; sit error qualitatis: in cæteris quidem, quæ matrimonij ipsius formā aut substantiam non respiciunt,facilè hoc admitto: sed in hoc tñ excipio rursus illud,quod s.dictum est:si nimirum corrupta inueniatur, quæ pro virgine p errorem fuit desponsa: quo casu nó modò sponsum ad ducendam sponsam eiusmodi cogi planè nó debere, sed & matrimonio iam consumato rectè posse fieri diuortiū
existimo: † contra d.c.vnico.cum simil.29.q.1. Nam si 86
quidem propriè loqui volumus, nó est in hoc casu vi-
tium potius qualitatis,sed substantiæ; † vt docti quidā 87

Iuriſconſulti loquuntur. Ac vt concedatur ſanè ſubtilitate quadam iuris, cui ſemper præponderat veritas, errorem duntaxat qualitatis eſſe videri: nihilo tamen magis ad ſubſtantiã perſonæ ipſius pertinet libertas, vel ſeruitus: q̃ pudicitia & impudicitia, aut fides, & pfidia coniugalis: quæ & ipſa ſunt quædam accidentia perſonarum: vt ſiue quis liber ſit, aut ſeruus, ſiue virgo, aut meretrix: ſalua vtrobique maneat ſubſtantia perſonæ ipſius: ſed error ſit potiſſimùm in qualitate, quæ inter accidentia refertur. Quod igitur in vna re
88 ſimili valet, † valeat etiam in altera: & vt M. Cicero di-
89 cet, valeat æquitas, † quę in pari cauſa paria iura deſiderat: arg. l. 1. §. interdum. D. de fonte. l. ſi poſtulauerit. §. 2. D. de adult. l. quædã. §. numularios. D. de eden. cum ſimil. Nec ad rem facit ſimilitudo de vinea à Gratiano adducta in d. c. vnico. Quoniam nullum ſimile
90 eſt idem, † vt vulgò dicitur: & ſimile, ac diſſimile non
91 vſquequaq;, ſed tantùm ex parte dicuntur: † c. in cauſis. C. de re iud. c. 2. de tranſl. epiſc. ac proinde quum
92 ſeparatorum ſeparata ſit ratio: † nihil ex his rectè infertur: quum de rebus plurimùm differentibus idem
93 intelligi nequeat: † exemplo l. Quinctus. §. argento. D. de aur. & arg. leg. & l. cùm quæritur. cum ll. ſeq. D. de except. rei iudic. & l. naturaliter. D. de acq. poſſeſ. cum ſimil. Sic nec multum probat Vlpiani lex illa de emptione mulieris corruptæ pro virgine. d. l. alioqui. D. de contrah. empt. cum ſimilib. alleg. propterea quòd etſi ſtricto iure eiuſmodi valeat emptio, nihilominus
94 tamen venditor teneatur, quanti intereſt. † d. l. alioqui. cui ob errorem iuſtum, ac legitimum agere licet ad reſoluendam emptionem: vt precio reſtituto mulier tanquam inempta reddatur: vt idem reſpondit Vlpianus d. l. ex empto. §. ſi quis virginẽ. D. de act. empt. Quòd ſi igitur in emptione vilis ancillæ æquum & iuſtum iſtud videtur, quantò magis hoc valere debet in matrimonio: quod conſortium omnis vitæ, & perpetuam, atque indiuiduam conſuetudinem continet.
95 † ſecundum Modeſtinum in l. 1. D. de rit. nupt. præſertim

tim quum in hoc casu nec damnum æstimari, nec solui vllo modo queat: † vt omnino æquum esse videatur, contraria ratione contractum hîc matrimonij irritum pronunciari, & qui in tanto dolo est, grauissimè puniri: ne via aperiatur maleficiis: † l.i.§. sed & si quis. D.de Carbon. edut.l. ordinata.D. de libera. cau.l.1 §. si inter. de litigio. l. cum hi. §. cum lis. D. de transact. quæ sanè ne maneant impunita, plurimum interest Reipubl. † l.si à reo.§. fin. C.de pœn.l. ita vulneratus. D.ad Leg.Aquil.l.si longius.§.1.D.de iudi.l.si opetis.D. de solu.cum sim. Quumque in contractu matrimonij semper intelligatur tacita conditio illa, si nimirum res in eo perduret statu, in quo nunc existit: † salua scilicet pudicitia, & castitate virginali, aut cõiugali: c.caue.28. q.1.c.fœminæ.30.q.5. sequitur necessariò, conditione eiusmodi deficiente, ipsum quoque deficere matrimonium. † d.c.quemadmodum. de iureiur. vt nimirũ ea retrò trahatur ad tempus præteritum: † arg. l. potior. qui poti. in pig. hab. licet aliàs futurum tempus, non præteritum respicit conditio: † d.c.quemadmodum. Sed nec obstat d.l. nuptias.& d.c.quos Deus.cũ sim.suprà alleg. quæ de iusta & legitima coniunctione accipienda sunt: † quæ hîc profectò nulla est: aut certè, si qua fuit, nefariè per adulterium ipso iure rursus separata. Nam quod sanctè Deus coniunxit, malitiosè ita separat meretrix: vt ea amplius non duret coniunctio. c. quos Deus.33. q.2. Iam quod ex Ambrosio affertur, spõnsæ sponsum ex causa amissi pudoris repudiare non licere: siquidem de diuortio agitur: falsum omninò puto. Nam contrarium verum est; Christianã religionem, in vtroque sexu, pari ratione condemnare adulterium. † in c.vlt.32.q.5. Neque enim viro licet, quod mulieri non licet: quum eadem à viro, quæ ab vxore, debeatur castimonia: † vt idem scribit Ambrosius in c.nemo sibi.32.q.4.& c. præcepit. 32.q. 5. Sed quoniam lõgè difficilior est eius rei in viro probatio, quàm in fœmina: tametsi par causa sit, & par in vtroq; sexu ratio: interdum probatione cessante, vindictę ra-

96 97 98 99 100 101 102 103 104 105

tio conquiescit: neque habent, vt Innocentius lo-
106 quitur, latentia peccata vindictam. † dicto c. vltimo. 32. quæst. quint. Quæ causa est, quod etiam lege ciuili prohibitum est mulieribus, maritos suos adulterij reos facere: quamuis de matrimonio violato que-
107 ri velint: † vt est lex in l. 1. & 2. Cod. ad legem Iuliam de adulter. & stupr. Cæteroquin iniquum esse arbi-
108 tror: si maritus pudicitiam exigat ab vxore, † quam ipse non exhibeat. l. si vxor. §. iudex. D. de adulter. quod & Augustinus comprobat: quum non æquum esse ait, fornicationis causa, vxorem dimittere: si ipse maritus
109 conuincatur fornicari. † c. 2. 32. q. 7. Sic nec obstat d. l. qui cum alio. cum sim. præalleg. quia, vt Dialectici loquuntur, qualitates, vt & quantitates, non incurrunt
110 in sensus: † neque sunt res, quæ (vt ita dicam) manibus contractari, aut oculis cerni possunt. Neque enim cha
111 racter ille naturalis inest hominibus, † quem Tragœdia requirit: vt statim appareat boni atque mali: adeóque multis simulationū inuolucris, & quasi velis qui-
112 busdam obtenditur vniuscuiusque natura: † frons, oculi, vultus persæpè mentiuntur: oratio verò sæpissi-
113 mè: ac proinde, vt quisque vir est optimus: † ita difficilimè esse alios improbos suspicatur: vt elegāter hoc docet M. Tull. Cicero ad Quint. Frat. Sed & eiusdem generis esse videtur, quod subiicitur, argumentum, de vitiis animi & corporis: quæ plerunque cōiuncta sunt:
114 † quum non facilè corrumpi queat corpus: nisi priùs
115 corruptus fuerit animus: † secundum Isidorum in c. non potest. cum seq. 32. q. 5. Cui respondet D. Hieronymi illud: Non potest (inquit) fieri, vt nisi quis mœ-
116 chetur priùs in corde, mœchari possit in corpore. † c. de pudicitia. c. & q. ead. Neq; tamē, vt in corporali sic in spirituali fornicatione, minùs separatio, vel quo ad torum secūdū Canones, concessa esse videtur: si absq; fidei, & conscientię periculo vnà viuere coniuges om-
117 ninò nequeant: † c. 2. c. de illa. c. quanto. cum seq. cap. de diuort. c. vlt. de conc. con. & tot. tit. 28. q. 1. sicut & iure ciuili idem hoc permissum est: quo eiusmodi coniugium

iugium vicem obtinet adulterij: † l. ne quis Christia- 118
num. C. de Iud. Quemadmodum & Paulus Apostolus
vetat iugum ducere cum impiis: † ac simile manda- 119
tum extat Mosis in Exod. c. 34. & Deuter. c. 7. Quòd ve
rò de seruo Prætura functo affertur ex Vlpiano in d. l.
Barbarius: etsi dissimilium dissimilis est ratio: † & non 120
nisi de similibus ad similia idem valet argumentum:
† arg. l. non possunt. D. de legib. & l. leges. C. de leg. 121
cum sim. Tamen contentus esse possum Accursij in-
terpretatione suprà allegata: Quod bene (inquit) ge-
stum est: retractari nullo modo debet. Quod ergo ma
lè gestum est, reprobari omninò meretur: per argu-
mentum à contrario sensu: quod in iure est fortissi-
mum: † exemplo l. 1. §. huius rei. D. de offic. eius cui 122
mand. iurisd. Sic quod ex eiusdem Vlpiani l. si vxor. D.
de adult. adducitur, de stuprata prius, ac deinde in ma
trimonium ducta vxore: ita demum valet: si sciens &
volẽs quis eam vxorem accipit: quæ ab alio anteà fuit
constuprata: Secùs autem, si inscius, & ignorans: quo
sanè casu eam stupri accusare non potest: sicut nec is,
qui repudiatam à se coniugem reduxit: quod nimirũ
reducendo eam, prioris quodammodò aboleuit deli-
cta matrimonij: † d. l. si vxor. §. fin. quum quod semel 123
approbatum est, reprobari amplius nec possit, † nec de 124
beat. c. in istis. dist. 4. c. dilectissimi. 8. q. 2. c. horrendus.
32. q. 5. Postremò, quod de meretrice in vxorem ducẽ-
da in medium profertur: & partim lege Canonica,
partim exemplis confirmatur: nullius est momenti:
Neque præcepti hoc est potiùs, quàm consilij: † ex quo 125
nulla oritur obligatio: l. consilij. D. de regulis iuris. c.
nullus. eodem titulo. libro 6. vbi glos. quoniam hoc
non est necessitatis: † c. quod præcipitur. 14. quæst. 1. 126
c. cum olim. de arbitr. sed liberæ omnino voluntatis.
c. vltimo. distinct. quarta. l. secunda. in fine. D. Man-
dat. Neque suasio legis cõiuncta † est necessitati. Au- 127
thentic. 22. in fine. sicut nec legis virtus est in suaden-
do: sed in imperando, aut permittendo, aut vetan-
do, aut puniendo. l. legis virtus. D. de legi. Nulla enim

tio conquiescit: neque habent, vt Innocentius lo-
106 quitur, latentia peccata vindictam. † dicto c. vltimo.
32. quæst. quint. Quæ causa est, quod etiam lege ci-
uili prohibitum est mulieribus, maritos suos adulte-
rij reos facere: quamuis de matrimonio violato que-
107 ri velint: † vt est lex in l. 1. & 2. Cod. ad legem Iuliam
de adulter. & stupr. Cæteroquin iniquum esse arbi-
108 tror: si maritus pudicitiam exigat ab vxore, † quam i-
pse non exhibeat. l. si vxor. §. iudex. D. de adulter. quod
& Augustinus comprobat: quum non æquum esse ait,
fornicationis causa, vxorem dimittere: si ipse maritus
109 conuincatur fornicari. † c. 2. 32. q. 7. Sic nec obstat d. l.
qui cum alio. cum sim. prælleg. quia, vt Dialectici lo-
quuntur, qualitates, vt & quantitates, non incurrunt
110 in sensus: † neque sunt res, quæ (vt ita dicam) manibus
contractari, aut oculis cerni possunt. Neque enim cha
111 racter ille naturalis inest hominibus, † quem Tragœ-
dia requirit: vt statim appareat boni atque mali: adeó-
que multis simulationū inuolucris, & quasi velis qui-
112 busdam obtenditur vniuscuiusque natura: † frons, o-
culi, vultus persæpè mentiuntur: oratio verò sæpissi-
113 mè: ac proinde, vt quisque vir est optimus: † ita diffi-
cilimè esse alios improbos suspicatur: vt elegāter hoc
docet M. Tull. Cicero ad Quint. Frat. Sed & eiusdem
generis esse videtur, quod subiicitur, argumentum, de
vitiis animi & corporis: quæ plerunque cōiuncta sunt:
114 † quum non facilè corrumpi queat corpus: nisi priùs
115 corruptus fuerit animus: † secundum Isidorum in c.
non potest. cum seq. 32. q. 5. Cui respondet D. Hiero-
nymi illud: Non potest (inquit) fieri, vt nisi quis mœ-
116 chetur priùs in corde, mœchari possit in corpore. † c.
de pudicitia. c. & q. ead. Neq; tamē, vt in corporali sic
in spirituali fornicatione, minùs separatio, vel quo ad
torum secūdū Canones, concessa esse videtur: si absq;
fidei, & conscientię periculo vnà viuere coniuges om-
117 ninò nequeant: † c. 2. c. de illa. c. quanto. cum seq. cap.
de diuort. c. vlt. de conc. con. & tot. tit. 28. q. 1. sicut &
iure ciuili idem hoc permissum est: quo eiusmodi con
iugium

iugium vicem obtinet adulterij: † l. ne quis Christia- 118
num. C. de Iud. Quemadmodum & Paulus Apostolus
vetat iugum ducere cum impiis: † ac simile manda- 119
tum extat Mosis in Exod. c. 34. & Deuter. c. 7. Quòd ve
rò de seruo Prætura functo affertur ex Vlpiano in d. l.
Barbarius; etsi dissimilium dissimilis est ratio: † & non 120
nisi de similibus ad similia idem valet argumentum:
† arg. l. non possunt. D. de legib. & l. leges. C. de leg. 121
cum sim. Tamen contentus esse possum Accursij in-
terpretatione suprà allegata: Quod bene (inquit) ge-
stum est: retractari nullo modo debet. Quod ergo ma
le gestum est, reprobari omninò meretur: per argu-
mentum à contrario sensu: quod in iure est fortissi-
mum: † exemplo l. 1. §. huius rei. D. de offic. eius cui 122
mand. iurisd. Sic quod ex eiusdem Vlpiani l. si vxor. D.
de adult. adducitur, de stuprata prius, ac deinde in ma
trimonium ducta vxore: ita demum valet: si sciens &
volēs quis eam vxorem accipit: quæ ab alio anteà fuit
constuprata: Secùs autem, si inscius, & ignorans: quo
sanè casu eam stupri accusare non potest: sicut nec is,
qui repudiatam à se coniugem reduxit: quod nimirū
reducendo eam, prioris quodammodò aboleuit deli-
cta matrimonij: † d. l. si vxor. §. fin. quum quod semel 123
approbatum est, reprobari amplius nec possit, † nec de 124
beat. c. in istis. dist. 4. c. dilectissimi. 8. q. 2. c. horrendus.
32. q. 5. Postremò, quod de meretrice in vxorem ducē-
da in medium profertur: & partim lege Canonica,
partim exemplis confirmatur: nullius est momenti:
Neque præcepti hoc est potiùs, quàm consilij: † ex quo 125
nulla oritur obligatio: l. consilij. D. de regulis iuris. c.
nullus. eodem titulo. libro 6. vbi glos. quoniam hoc
non est necessitatis: † c. quod præcipitur. 14. quæst. 1. 126
c. cum olim. de arbitr. sed liberæ omnino voluntatis.
c. vltimo. distinct. quarta. l. secunda. in fine. D. Man-
dat. Neque suasio legis cōiuncta † est necessitati. Au- 127
thentic. 22 in fine. sicut nec legis virtus est in suaden-
do: sed in imperando, aut permittendo, aut vetan-
do, aut puniendo. l. legis virtus. D. de legi. Nulla enim

est consilio parendi necessitas l. cum pater. §. mando l. ᴅ. de legat. 1. Idque sentiendum est & de omnibus his, quæ tradunt legumlatores, συμβουλεύοντες μᾶλλον, ἢ νομοθετοῦντες, vt verbis vtar Iustiniani Imp. Nam in eo solum hoc intelligitur: vt qui à turpitudine meretricia eiusmodi mulierem hoc pacto reuocet: animam
128 quodammodò eius saluet: † vt declarat. Io. de Turre Crema. in c. 2. num. 3. 32. q. 1. & Ang. Clauas. in sum. in verb. meretrix. num. 2. post Card. in d. c. inter opera. de spons al. citante Menoch. in cons. 18. num. 12. lib. 1. sicut & Dom. Soto. rectè hoc explicat lib. 2. de iust. & iu. q. 3. art. 8. col. 6. vbi mulieres illas, quas Deus apud Oseam c. 4. Israëlitis vxores ducere permisit, fornicarias docet fuisse ante matrimonium, sed non in matrimonio. d. c. vlt. & penult. 32. q. 5. Quanquam contrarium, & omninò diuersum consulere videtur Salomõ, vt & Siracides, in locis suprà citatis: cum quibus consentit D. Chrysostomus, quum ait: sicut crudelis, & ini
129 quus est, qui castam dimittit vxorem: † sic fatuus est,
130 & iniustus, qui retinet meretricem. † Patronus enim
131 turpitudinis est, qui celat crimen vxoris: † vt est text. in c. 2. 32. q. 1. Cui astipulatur D. Hieronymus: vbicunque (inquit) fornicatio est, vel fornicationis suspicio:
132 liberè vxor dimittitur: † c. dixit. c. & q. ead. Et Ambrosius: Quum in meretrice nulla spes fidei, aut pudicitię certitudo sit: minimè ea in coniugium ducenda, aut
133 in eo retinenda est. † c. integritas. 35. q. 2. Verùm enimuerò quanquam hæc omnia ita se habeant, vt dixi: tamen quoniam vbi maius est periculum, maiori ibi cau
134 tione opus est: † l. 1. §. sed & si quis. ᴅ. de Carbon. edic. & l. legaui. in princ. ᴅ. de liber. lega. c. miramur. dist. 61. censeo equidem, & omnino suadeo: omnibus modis
135 placationi, & reconciliationi coniugum † semel atque iterum studendum esse: vt falsus hoc modo, & deceptus coniux coniugem pœnitentem, & resipiscentem retineat: & hoc delictum ei spontè condonet: idque
136 ex caritate potissimùm Christiana faciat: † quę vt magnanima est in perferẽdo: ita benigna & lenis in condonan-

donando: quæque, vt Apoſtolus ait, omnia delicta operit, ac tegit: † vt eſt in epiſtola 1. ad Corinth. c. 13. ſi 137
præſertim ſpes ſit vitæ purioris, & melioris: vt patet ex tot. cau. 32. q. 1. Placet enim in hac cauſa iudicandi illa ratio, quam paſſim video vſitatam & receptam eſſe in conſiſtoriis, vt vocant, Eccleſiaſticis: cuius ordinem,† & veluti proceſſum paucis regulis comprehen- 138
ſum, clauſulæ loco, huc ſubiicere libet. Quoties igitur virginem quis ſe ducere ratus, poſt nuptias ex alio grauidam comperit: & ab ea ſeparari poſtulat, hic ordo ſeruatur. Primùm ſi negat vxor, ſe antea fuiſſe ab alio compreſſam, neq; manifeſtis, & euidentibus hoc maritus probat teſtimoniis: ſed fortaſſis tantùm ſuſpicionibus quibuſdam, aut coniecturis: minimè tunc locus eſt ſeparationi coniugum, exemplo legis diuinæ, quæ extat in Deuteron. cap. 22. vbi disertè in hoc caſu maritus vxorē retinere iubetur. Deinde, ſi factum eſt notorium, veluti ſi ante tempus vterū geſſerit, aut pepererit, ſanè iudex initiò reconciliationi ſtudet coniugum: præcipiens mulieri, vt ſubmiſsè & humiliter à marito petat veniam delicti ſui: & rurſus maritum monens, vt vxorem, venia data, & hoc veluti næuo diſſimulato, ſponte apud ſe retineat. Quòd ſi non poteſt perſuaderi maritus, vt eam retineat, inquirit Iudex, an manifeſtato hoc crimine poſtea maritus cum vxore conſueuerit: quod ſi ita verum oſtenditur, non eſt amplius locus diuortio, aut repudio: propterea quòd in turpitudinem, aut ſaltem conſuetudinē coniugalem ita conſenſiſſe is videatur. Si verò non cum ea conſueuerit, inquirit Iudex, vtrùm ante ſponſalia cum alio concubuerit vxor: an verò poſt ſpōſalia. Priore caſu, ſi poſtea, quàm reſciuit hoc maritus, ab ea abſtinuit, & omninò ab ea ſeparari poſtulat: imitatur Iudex exemplum legis Moſaicæ, in Deuter. cap. 22. eò vſque, vt de diuortio pronūcietur. Poſteriore verò caſu, ſi quidem hoc confitetur mulier, ſimpliciter Iudex, tanquam in cauſa adulterij, permittit diuortium. Sed præſtat eius ſententiæ exemplum hoc loco aſcribere, quæ in eiuſ-

cemodi causa pro tribunali à Iudicibus, vt vocãt, Consistorianis lata est anno 1552.

Vrtheil.

IN Ehesachen klägerin eines / vnd beklagten anders theils / haben wir so vil befunden / das beklagte zu jhrem vortrauten Manne nicht als eine Jungfraw kommen / sondern von einem andern geschwängert worden / welches gemelter jhr Mann / so bald ers innen worden / angezeigt / vnd fur vns sie beklaget hat / mitt vntertheniger bitt / sich derohalben / das sie jhnen also schändlich betrogen / vnd von einem andern zuvor berürt were / von jr zuscheiden. Ob wir nu wol gehoffet / jhr würdet sie mitt einand Christlich versöhnet / vnd reconciliert haben / solches aber nicht hat beschehen mögẽ / sondern kläger hierüber nachmals hefftiglich angehaltten / sich von jhr endlich zuscheiden / demenach so erkennen wir / das kläger / weil er die beklagte fur ein Jungfraw gefreihet / vnd aber durch jhr aigen bekantniß / vñ sonsten offenlich ist / das sie zuvor einen andern fleischlich erkandt / jhr nu mehr ehelichen beyzuwohnen keines wegs mag gezwungen werden / sondern wird von jhr leiblich gescheiden. In massen wir dann jhnen hiemit von jhr scheiden / vnd aller ding loß vnd ledig sprechen. Es sol auch beklagte andern zum abschew von wegẽ begangener vnzucht / mit ernst gestraffet / vnd im ampt nicht geduldet werden. Vnnd so sich berürter kläger ohne gefahr seines gewissens nicht enthalten / vnd ohn verhenrath bleiben kondte / dazu man jhnen doch jederzeit fleissig vermahnen sol / so sol jhme hiemitt ehelich vnd Christlich widerumb zufreyen erlaubt sein. V. R. W.

De

De Matrimonio per metum aut ignorantiam contractum.

QVAESTIO VI.

PATER filiæ ſuæ Titiæ à Caio ſtipulatur
nuptias: quas promittit Caius: pater fi-
liæ Titiæ nomine repromittit: & eò am-
pliùs pro ea Caio dat arram proxeneti-
cam Filia Titia rei huius plane ignara,vo
luntate matris fidem dat matrimonij Seio:& ab eo ar-
ram accipit ſponſalitiam. Pater re comperta,indigna-
tur filiæ: & ſi cum alio, quàm cum Caio, nuptias con-
trahat, nō ſolùm amiſſionem dotis, ſed & patrimonij
ipſius comminatur. Filia minis commota paternis,
ſpondet Caio nuptias, quamuis inuita & repugnans:
ſed nō ita multò pòſt pœnitens ſui facti, ante nuptias
collatas, ſponſionem ei factam retractat. Caius, vt &
Seius,de matrimonio Titiam accuſat: eamq; ſibi vter-
que vxorem dari poſtulat. Quæritur, vtri nubere de-
beat Titia, Caio,an Seio? Reſpondeo, neutri Titiam
nubere debere: propterea ꝙ non ſint legitima ſpon-
ſalia,quæ vel pater ſine conſenſu filiæfamiliâs, vel filia
ſine auctoritate patris, in cuius poteſtate eſt,hoc mô-
do contraxit. † §.1.Inſtit.de nupt.l.ſponſalia.cum ſeq. 1
legib.duab.D.de ſponſal.l.2.& l.nuptię.D.de rit.nupt.
cum ſimil. Sed quoniam tamen non deſunt rationes
in vtramque partem dubitandi: operæprecium eſſe
videtur, ea omnia accuratiùs in diſquiſitionem voca-
re. Quum non ſit inutile † de ſingulis dubitare, vt gl. 2
not.ſecundum Ariſtotelem in l.nemo.C.de ſum.trin.
& fid.Cathol. quumq; notando & dubitando,optima
& rectiſſima ratione, res ipſa decernatur: † arg.text.& 3
not.ad gloſ. in l.munerum.§.mixta. D.de mun.& hon.
& gl.in c.1. §.cui rei. verſ.iuuenib.aut.de collat. adeó-
que contrariorum hoc modo collatione argumento-
rum facta, quaſi ferro † aperiatur via veritati: ſecun- 4
dum Iaſonem in l.cùm quidam. nu.8. de lib.& poſth.

Ac p Seio quidem facere videtur primùm Titię ipsius sponsio: deinde matris consensio: tum arræ acceptio:
5 Nam matrimonium desponsatione initiatur: † c.cùm
6 initiatur. 27.q.2. & consensu ratificatur. † c.non om-
7 nis. 32.q.2. & arra firmatur. † c.si quis desponsauerit. 27.q.2. l.fin.C.de nuptiis.& copula denique consum-
8 matur. † c.2.de conuer.coniug. c.nõ est dubium.cum seq. 27.q.2. cum simil. Quod enim consensus coniugum sufficiat ad matrimonium contrahendum, satis probat hoc c.cùm locum. de spons.& c.sufficiat. 27.q. 2. vbi dicitur, quòd consensus solus faciat matrimo-
9 nium: † eorum scilicet, de quorum coniunctione agitur.d.c.sufficiat.& c.cùm apud.de sponsal. l.2. & l.non cogitur.D.de rit.nupt.l.nuptias. vbi Dec.D.de reg.iur. Qui sanè consensus quum inter Seium & Titiam fuerit,patet eos coniuges fuisse: quorum nuda voluntate statim constituitur matrimonium.argum.c.beata. 27. q.2. Præsertim quum matris ipsius quoque accesserit
10 voluntas: cui profectò non minor debetur pietas,† ac reuerentia, quàm patri: secundum text.in l.parentes. D.de in ius vocan. Licet aliàs iure Canonico (quod in
11 matrimoniis potissimùm sequimur.† c.1.& 2.de oper. nou.nun.& c.fin.de transact.) non tam ex necessitate, quàm honestate, vtriusque parentis consensus requi-
12 ratur. † d.c.sufficiat. & c.1.de spons. Quomodo & Bal. scribit, consensum parentum non esse formã substantialem ipsius matrimonij. sed continere in se tantùm publicæ honestatis iustitiam, quæ non, quod necesse sit,obseruare præcipiat: sed moneat,quid factu honestum sit,& paternæ reuerentiæ consentaneum: p not. in l.viduæ. C.de nupt.Et not. Castr.in l.si filiam.C.de inoffic.testam. Paris.cons.29. per tot.lib.3. cum ibid. alleg. quàm plurimis. Itaq; matrimonium eiusmodi siue auctoritate parentum contractum, si minus for-
13 tassis legitimum,at ratum haberi solet: † vt est text.in c.fin.28.q.1. & c.aliter. 30.q.1. vt frustrà in eo reclamēt
14 parentes. † c.cum causa. vbi gl.de raptor. neque am-
15 plius retractãdi eius locus detur, aut facultas. † quip-

pe

pe quòd solo coniugum consensu contrahitur. † d.c. 16
sufficiat. cum §.alleg. vnde & à prima desponsationis
fide coniuges appellantur: † secundum Isidorum in c. 17
coniuges. & Augustinum in c.coniux.27.q.2. Quæ si
præterea arram accepit sponsalitiam,† eo quasi pigno 18
re per coëmptionem se astrinxisse videtur ad coniugium.l.3.&l.fin.C.de nupt. l.si legib. C.de episc.aud.
c.si quis vxorem. 27.q.2. Panor.& Dd.in c.1.de spons.
duor. quod aliâs etiam solis pignoribus vltrò citroq;
datis, sine vlla stipulatione, aut promissione, rectè con
trahitur: † vt not.gl.Panorm.& Dd.in c.tuæ.de spons. 19
& in c.fin. de despons.impuber. Sicut & emptio alia
quælibet arris datis confirmatur, & quasi corroboratur: † l.stipulatio ista. D.de verbor.obligat. l. quod sæ- 20
pe. D.de contrahend.empt. §.1.Instit.de emption. &
vendition. Quum arrhabo, † secundum Grammaticos, 21
ea sit precij pars, quæ ab emptoribus, firmãdi con
tractus gratia, repræsentatur: seu, vt Varro loquitur,
precij ipsius prærogatiua, suo tempore soluendi: nam
precij & solutionis pars est: sic dicta † nimirum, vt re- 22
liquum reddatur: eodem Varrone auctore, in lib.5.de
ling.Lat. cuius originem describit Plinius lib.33 cap.
50. Et pleniùs tradunt Doctores in l.Titia. vbi Iason
plenissimè.D.de verbor.obligat. Sed hæc quidem argumenta, quæ pro Seio hactenus adducta sunt, minimè repugnant sententiæ nostræ, quam §.dixi. Nam si
quidem solo coniugum consensu matrimonium con
trahitur: secundum tex.in d.c.sufficiat.cum aliis similibus præallegatis: tamen is demum parentũ consensu ratificatur. † d.c.non omnis.cum simil.siue eo taci- 23
to, siue expresso: l.si vt proponis.C.de nupt.l.in sponsalibus. D.de sponsal. Neque enim legitimus est consensus ille liberorum, nisi consensus quoque interueniat paternus. † d. c.non omnis. vbi Archid.cum quo 24
concordat c.aliter.30.q.5.vbi Euaristus Pontifex diser
tè scribit, † aliter legitimum non fieri coniugium, nisi 25
ab his, quorum in potestate est, petatur vxor, & nisi ea
à parentibus, ac propinquis desponsetur. Et not.glos.

in c.qualis.ibidem.& gl.in d.c.sufficiat. Quemadmodum & iure ciuili matrimonium eiusmodi sine auctoritate parentum contractum, non habetur iustum ac
26 legitimum. † scilicet quo ad ius patriæ potestatis, ciuitatis, familiæ denique successionis ipsius legitimæ: vt patet ex l.Paulus. D.de stat.homin.sicut & M.Cicero,& post hūc Boëtius notat in Topicis. Quandoquidem, vt Imperator ait, nec ratio naturalis, id est, pietas & reuerentia paterna: nec ciuilis, id est, patria potestas,patitur, inuitis parentibus contrahere nuptias.
27 † §.1.Instit.de nupt. l.parentes. D.de in ius vocan. l.2. C.eod.tit. l.3. §.emancipatus. D.de cont.tab.possess. quorū sanè iussus (id est,voluntas)semper debet præ-
28 cedere.† d.§.1.Instit.de nupt. l.1.§.3.D.de liber.exhib. antequàm scilicet conferantur nuptiæ, & sic per copulam consummentur: arg.c.vnico. 29.quæst.1. vbi text. distinguit inter consensum præcedentem, & subsequentem. Sic enim hoc intelligēdum esse apparet ex Paulo Iurisconsulto,qui matrimonia eiuscemodi non quidem iure contrahi, sed tamen contracta minimè
29 solui posse scribit: † vt est in lib.2.Sentent. c.19. Præsertim si res nō sit ampliùs integra.l.patre.in fin. D.de his qui sunt sui, vel alien.iur. & l.1. cum l.seq. D.de lib. exhibend. Idque adeò verum est, vt non modò non contrahi, sed ne inter easdem quidem personas, nisi
30 volentibus parentibus, renouari possint nuptiæ: † l. nuptiæ. D. de ritu nupt. l.vt proponis. Cod. de nupt. Quod ius moribus quoque nostris receptum,& noua
31 lege prouinciali † sancitum est. Cuius sanè manifesta
32 hæc est ratio: † ꝙ nimirū si quidē matrimonium solo consensu contractū sit,dissensu cōtrario facilè dissolui queat: sin verò etiam copula consummatum, & quasi sanguine sancitum: multa tunc violari iura oporteat, stupro iam commisso,& sanguinis confusione facta,ac parentum auctoritate nihilominus violata: omni deniq; vitio ipsius matrimonij per copulam perpurgato,omniq́ue conditione sublata:vt pulcrè not.Vvesebeccius in Paratit. D. de rit.nupt. num.8. & Connan.

lib.8.

lib.8.Commen.iur.ciuil.c.4.ad fin.Quibus adiungere licet Cling.in tract.matrim. de consen.parent. per not.in §.si aduersus. Instit.de nupt. Nec ad rem facit, quòd matris interuenisse dicitur auctoritas, & voluntas in matrimonio filiæ: quæ in nuptiis liberorum iure ciuili non est necessaria. † l.1. & l.in copulandis. vbi 33
gl.C.de nupt. Nisi patre iam defuncto: † quo casu ma 34
tris,& curatorum, ac propinquorũ consensus fortassis requiritur: quibus dissidentibus Iudex auctoritatem suam interponit. d.l.1. & l.in coniunctione. in fin. vbi Bald.& Salic. C.de nupt. Nam etsi pietas æqualis debetur matri ac patri: inæqualis tamen est vtriusque potestas: † secundum textum in l.final. D.de curat.furio. 35
Quò fit, vt quoniam in potestate mater liberos non habet, † §.fœminæ.Instit.de adopt.l.mulierem. Cod. 36
eodem.gloss.in l.nam & fœminæ. D.eod. nec contrahi nuptiæ auctoritate eius, sine patris consensu,aut ratihabitione: nec, si iam contractæ sunt, vllo modo dissolui possint: † l.1. Cod.de nupt. licet honestas,& na- 37
turalis quædam æquitas, & legis diuinæ religio atque auctoritas aliud quodãmodo suadere videatur. † arg. 38
l.2. D.de iustitia & iu.e. & l.1.& 2.de obsequ.liber.& l.2. Cod.de in ius vocando.Sed nec multum probat arræ datio, aut acceptio: quæ non tam causa, quàm spe
† matrimonij plerumque datur: l.fin. Cod.de donat. 39
ante nuptias.neque facit ipsa matrimonium.cap.tuę. de sponsalibus.quo etiam non secuto,minimè tamen ea reuocanda est. l.tertia. D.de condict.caus.dat. Sicut nec dos facit nuptias:sed nuptiæ potius celebrant dotem: † vt ait Imperator in Authent. de trient. & se- 40
miss.collat.3.Quemadmodum igitur pacta contra leges, aut bonos mores nullius sunt momenti: † l.pa- 41
cta. §. sed nobis. C. de pactis. & l. 1. §.illud non probandum. D.eodem tit. c.fin.de pact. Ita non legitimi matrimonij repromissio sine parẽtum auctoritate facta omninò debet esse irrita: † l.si remunerãdi. D.man 42
dat. etiamsi ea iurata fuerit, aut arris firmata. cap.2. cap requisiuit. de sponsalib. Quæ enim contra leges

43 fiunt, pro infectis habenda sunt. † l. filius. D. de condit. instit. l. habemus. §. prædia. C. de sacrosf. eccl cum sim. vulg. Atque hæc quidem de Seio hactenus dixisse sufficiat. Iam porrò videndum est de Caio, qui firmamentum hoc causæ suæ maximum habere videtur: quòd consensum is habeat non modò patris, sed etiam filiæ: licet eum nõ planè liberum, ac plenum: sed quodammodo coactum & imperfectum: ex quo non modò ratum, verùm etiam legitimũ esse censeatur ipsius matrimonium: argum. d. §. 1. Instit. de nupt. & l. 2. D. de rit. nupt. cum similib. Nam etsi nõn tam inuitè, quàm grauatè patri suo consensit filia: neque potius sua voluntate, quàm alterius proci corrupta consuetudine, sponsalibus renunciauit: tamen quoniam sine causa hoc fecit legitima, & facere hoc omninò non potuit: quippe quæ dissentiendi à patre licentiam nõ habet, nisi quum indignum moribus, aut turpem sponsum
44 pater eligit: † argum. l. sed quæ patris. D. de sponsalibus. vbi sumit à contrario Accursius, si dignum eligat pater, cogi posse filiam, vt inuita, & sponsalia & ma-
45 trimonium contrahat: † sicut hoc idem quoque notat glos. in c. primo. de desponsat. impuber. in verb. con-
46 sentit. Idcircò coacta voluntas est voluntas. † argum. l. si mulier. §. penultimo. D. quod metus causa. & c. Abbas. eod. tit. vbi glos. singul. in verb. coactus. Quamuis enim si libera esset, fortassis noluit: tamen coacta vo-
47 luit: † secundum optim. text. in dicta l. si mulier.

Et sic facta volet, quod nollet velle coacta. secundum versum, quem citat ibid. glos. in verb. volui. cum allegatis complur. Quod exemplo filiifamiliâs in specie declarat Celsus IC. Si (inquit) patre cogente ducat vxorem, quam non duceret, si sui arbitrij foret: contraxit tñ matrimonium, qđ inter inuitos non contrahitur: maluisse hoc tamen videtur. Sicut ergo duo impedi-
48 menta vno sunt grauiora, † ita duo vincula vno fortio-
49 ra sunt: † arg. §. sed hodie. Instit. de adopt. l. discretis. C. qui testam. fac. poss. & in Auth. de consang. & vter. frat. §. 1. colum. 6. Ego verò nego minimè obstantibus his

his rationibus, firmum propterea eiusmodi, ac iustum esse matrimonium: quod per vim, ac metum contractum, & ipso iure nullum est: † c. cum locum. vbi Panorm. num. 6. c. veniens. vbi Panorm. num. 7. & c. consultationi. de sponsal. adeò vt non sit necesse, rescindi illud edicto Prætoris, quo per vim & metum facta infirmantur: † sec. glos. in l. 1. §. fin. verb. non valet. D. de auctor. & consens. tut. Ias. in l. pacta nouissima. num. 13. D. de pact. Nauiz. cons. 46. num. 3. Quippe qui con sensum non habet ipsius filiæ: quæ est causa conficiés matrimonij: † secundum Isidorum in c. 1. 27. q. 2. cum sim. Nam etsi filia initiò inuita paternæ quodammodo concessit voluntati: quoniam tamen posteà ei rursus repugnauit, atque in eo obstinatè perstitit: nó est plenus & perfectus consensus, qui in matrimonio requiritur: † l. si patre. D. de rit. nupt. Rectè enim Hermogenes: non cogitur filiusfamiliâs vxorem ducere: † l. non cogitur. D. eod. tit. Et Paulus: Filiofamiliâs dissentiente, sponsalia, eius nomine, fieri non possunt † l. filiofamiliâs. D. de sponsal. Et Iulianus: sponsalia, sicut & nuptiæ, consensu contrahentium fiunt: & ideò sicut nuptiis, ita spósalibus filiamfamiliâs consentire oportet. l. sponsalia. D. de sponsal. Sic & Diocletiani & Maximiani Impp. eandem ferè in sententiam rescriptum extat his verbis: Nec filium quidem familiâs inuitum ad vxorem ducendam cogi legum disciplina permittit. Quomodo etiam Valent. & Gratia. Impp. ad Senatum rescripserunt: si (inquiunt) in conuentionis delectum mulieris voluntas repugnat patris sententiæ, ac propinquorum: placet in eo iudicis cognitionem interponi: vt si pares sint genere ac moribus petitores, is potior æstimetur, quem sibi consulens † mulier approbauerit. Sed & Honorius III. Pontifex in lege Canonica planè negat, patrem filij nomine contrahere posse sponsalia, nisi is consentiat: † in c. 1. de desponsimpub. & c. consultationi. de sponsal. Quod & de filiafamiliâs similiter intelligendum esse, satis manifestum est ex c. cum locum. de sponsal. & c. sufficiat. 27.

(Margin numbers, right: 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57)

q. 2. Etenim quum locum non habeat consensus, vbi
58 metus,vel coactio intercedit: † necesse est,vt vbi con-
sensus requiritur, omnis metus, vel coactionis repel-
latur materia: d. c. cum locum. Matrimonium autem
59 solo consensu contrahitur: † d. c. cum locum. & d.c.
sufficiat.cum sim. Itaq; ab eo longè abesse debet om-
60 nis vis aut metus: † ne per hunc sibi placere quis di-
cat,quod odit: & sequatur exitus, qui de inuitis solet
61 prouenire nuptiis: † secundum text. in d.c.cum locũ.
Quod enim quis non eligit,profectò nõ diligit: quod
62 autem non diligit, facilè contemnit: † vt ait gl.in d.c.
cum locum.per c. præsens. 20. q. 3. Sic quoniàm ma-
63 trimonia libera esse debet: † persuadenda ea sunt po-
tiùs,quàm cogenda:l.fin.in fi.c. de sponsal. Alex. post
Rom.in rubr.Soluit.matrim.ad fin. Abb. in c.causam.
de offic.deleg.Dec. in c.vlt.col.1.de appellat.&in l.in
omnibus.num.3. D.de reg. iur. quum ea,si coacta sint,
64 difficiles plerunque habeant exitus: † vt est text. in d.
c.requisiuit.iunct. glos.& d. c. præterea. de sponsal. &
text. in c. accedens.de procur. & in c.1.§.1.31.quæst.3.
Sic & Diui Impp.Dioclet.& Maxim.liberam facultatẽ
contrahendi matrimonij ad necessitatẽ alienam trãs-
65 ferri minimè debere præcipiunt, † in l.neque ab ini-
tio. C. de nupt. quo in loco Baldus ex sententia Ari-
66 stotelis scribit, omne coactum esse difficile. † pro-
pterea quòd cum angustia quadam animi fiat, & ma-
lus inde sequatur exitus. Quamuis igitur pater inter-
67 dum filiæ nomine sponsalia contrahere potest: † se-
cundum gloss. suprà alleg. in c. 1. de despons. impub.
& c. ex literis. & c. gemma. de sponsal.minimè tamen
68 ea valent, si non liberè consentiat filia. † c. vnico. §.
fin.de despons.impub.lib.6.quippe quæ nolens con-
69 sentire non cogitur: † per iura præalleg.adeò vt tamet-
si pater iuramento promittat filiæ nuptias: semper
hoc intelligatur factum, cum conditione illa: Si fi-
70 lia consenserit: † per c.2.31.q.2.Et not.Panorm.in d.c.
71 ex literis. Quum iuramentum vi extortum, quoniam
72 cõtra bonos mores est,† non sit obligatorium:c.† ob-
liga-

ligatorium. vbi Din. de reg. iur. libr. 6.c.cum Abbas. cum ibid.not.Quod met.cau.c.cum contingat. de iureiur. neque per hoc metus iustus purgetur: secundũ gloss.post text. vbi Canonistæ in c. significauit. de eo qui dux.quam poll.per adult. & gloss. in c.inter cætera.22.q.4.Quò fit,vt nec pœna quidem hoc casu † à pa 73
tre, aut filia exigi queat, à qua omnino libera esse debent matrimonia. d. c.gemma.de sponsal.& l.Titia.D. de verb.oblig. quippe quæ non obligat pœnitentem: per text. in l. stipulatio. D. de verb. oblig. Nisi tamen ea fortè promissio facta sit ab extráneo: † quo casu 74
exigi pœna potest, matrimonio non subsecuto: cuius libertatem ea tunc impedire non potest: secundum gloss. in l. mulier.& l.Titia. D. de condit. & demonstr. Quãquam igitur coacta voluntas, vt suprà dictum est, voluntas est: † argumento l. si mulier.§. si metu. iun- 75
cta glossa. D. quod met. caus. propterea quòd etiam is, qui vi, aut metu cogitur, quadantenus consentire videatur: quando ex duobus malis, quod minus malum est, eligit: † & mauult hoc modo contrahere, quã 76
vim aut iniuriam pati: l. si mulier.§.penultimo. quod metus causa. Paulus libro primo sententiarum. capitulo septimo.Tamen coacta eiusmodi voluntas etiam in rebus ciuilibus plerunque excusatur: † argumento 77
l.si seruus. Cod. de sepulc. viol. in quibus actio datur ad rescindendum contractum,metu probato: † l.me- 78
tum.§.sed quod Prætor.D.quod met.cau.l.1. Cod.de rescind.vend. Et Doctores tradunt in l.dolo.Cod.de inutil.stipulat.Bartolus in l. & eleganter.num.6.D. de dolo.Zasius in §.actionum.num.45.Instit.de actionibus. Nedum in rebus spiritualibus: † cuiusmodi sunt 79
matrimonia: in quibus regula illa non habet locum: secundum gloss. in d. c. Abbas. & Panormitanus in d. c.cum locum.num. 2. Nam si quid in his vi, aut metus causa gestum est ipso iure nullum continuò habetur. † Authentic. Sacramenta puberum. vbi Iason num. 5. 80
& 43. Cod. si aduer. ven. & in l.interpositas. num. secundo. Cod. de transactionibus. Panormitanus in c.

de muliere.& c.cum locum.n.2.& 6.& c.veniens. n.5. de sponsal.Hippolyt. sing. 347. Guid. Pap. sing. 969. quos refert, & sequitur Vvesebec. in Paratit. D. quod met.cau.n.1.& 2. Neque enim coacta voluntas est ab-
81 soluta voluntas: † vt ait Panorm. in c. maiores. §. fin. de baptis. cuiusmodi requiritur in matrimonio: quod nõ contrahitur inter inuitos. l. si patre.D. de rit. nup. cum sim. Eamque ob causam vbi requiritur consensus, cum qualitate libertatis: non sufficit cõsensus, nisi
82 vnà adsit libertatis qualitas:† secundum glos. in c. notificasti.in verb.licentiam.33.q. 5. Quod ita demũ verum est: nisi ex sequẽte coitu ratum sit factum matri-
83 monium: † quum nemo præsumatur rem habere in-
84 uitus cum vxore. † d. c. consultationi. de sponsal. vbi Panorm.not.num.7.& in d.c.veniens.num.6.Tunc enim matrimonium metu contractum, licet ipso iure non subsistat, cohabitatione spontanea conualescit:
85 † & purgatur metus, per accommodationem consensus.c.ad id.vbi gl.& Panorm.& c.de illis.in fin.de spõsal.sicut in simili quoque spontanea solutio metus vi-
86 tium purgat. † l.1.vbi Bald.nu. 7. C. de his quæ vi aut met.cau.Alex.cons.98.n.7.Nam cessante causa met9,
87 ipse quoque cessat metus. † l. 2.C. de iis, quæ vi aut met.cau.Paris.cons.10.num.46. & sequent. libro primo.Menoch. consil. 1.num.299.Sic igitur duæ rationes in hoc casu non sunt vna fortiores: in quo vna ra-
88 tio duabus multò est fortior, & melior:† arg.l.nam et si.D.de inoffic.testa. Cæterùm an metus filiæ sit iust9, ac probabilis: vt libertatem impediat cõtrahendi matrimonij: deinceps considerandum esse arbitror. Ne-
89 que enim vanus metus impedit matrimonium: † cu-
90 ius nulla est excusatio.† l.vani timoris.D.de reg.iur.& l.metum autem.D.quod met. cau. Multum siquidem interest inter vim, & vim, itemque inter metum, & me
91 tum: † vt est in c. mulier.de sponsal. Quo in loco hæc regula traditur: metum non quemlibet vani hominis, sed qui meritò etiam in hominem constantissimum
92 cadit, matrimonium ipso iure facere nullum: † arg. d. l.me-

l.metum autem. & l.interpositas. vbi gl. in verb. cruciatum. C. de transact. & not. post tex. glos. & Dd. in c. cum delectus. vbi glos. in verb. metum. & Panorm. ibid. num. 2. quod met. cau. Cuiusmodi sanè est metus maioris alicuius mali. † l. metum accipiendum. d. t. 93
Veluti mortis, aut carceris, l. nec timorem. cum seq. ll. D. & l. metum. C. quod met. cau. Aut verberum & cruciatus corporis:† l. si per vim. c. penult. eod. Aut ser 94
uitutis. l. ego puto. & l. isti quidem. D. eod. Aut deniq; infamiæ cuiusdam, cum re coniunctæ:† d. l. isti quidē. 95
§. quod si dederit. & gloss. in l. nec timorem. verb. infamiæ. D. hoc. tit. Et not. Dd. in c. consanguinei. de re iudic. & in c. veniens. de sponsal. Alex. cons. 99. num. 42. lib. 3. & cons. 156. num. 6. & 20. lib. 5. Quò etiam rectè potest referri metus amissionis bonorum omniū, † aut saltem maioris partis: vt not. glos. in l. Iulianus. 96
D. si quis omiss. cau. testa. Bart. in l. penult. num. 5. D. de cond. ob. cau. Bald. in l. isti quidem. §. 1. D. quod met. cau. Cyn. in l. interpositas. C. de transact. quem ibid. sequitur Bald. per tex. in l. non verisimile. §. si fœnerator. vbi Bart. not. D. quod met. cau. Panorm. in d. c. gēma. & text. in c. Abbas. de eo quod met cau. & c. frequenter. §. illum. de restit. spoliat. lib. 6. Quandoquidem bonorum amissio æquiparatur mortis terrori: † secund. Bart. in l. si ob turpem. num. 6. D. de condit. 97
ob cau. sicut etiam cōparatur quęstioni status. † l. athle 98
tæ. l. propter litem. vbi glos. D. de excusat. tutor. Quippe q anima & veluti alter sanguis ipsius hominis sunt: † secundum glos. in l. aduocati. super verb. vita. C. de 99
aduocat. diuers. iudi. quumq; iniuria, quæ fit in bonis omnibus, aut certè maiore parte eorum, in personam quodammodò fieri videatur: cui resistere omninò licitum est: † per d. l. propter litem. & not. per Bald. in 100
l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib. 10. Dec. cons. 690. nu. 8. Ias. cons. 165. col. 1. lib. 2. Paris. cons. 1. num. 28. Natt. cons. 50. num. 11. libr. 1. Aret. cons. 14. num. 15. Socin. Iun. cons. 77. num. 38. Brun. cons. 82. num. 67. Ruin. cons. 23. num. 9. lib. 1. Menoch. cons. 1. num. 28 c. Ceph.

conf.455.num.40.libr.4. Metus verò reuerentialis, vt vocant, vtpote, si filius aut filia propter reuerentiam paternam non contradicit, sed tacet, matrimonium
101 non vitiat: † c. vnico. §. fin. vbi gloss.& Canonistæ de desponf. impub. libr. 6. & l. sed ea quæ patris. D. de sponsal. Quia non est iustus metus, & omninò talis,
102 qui cadat in virum constantem: † per text. in d. c. veniens. de sponsal. vbi Panormitanus not.num 5. Hippol. Marsil. sing. 347. per tot. Nisi tamen interueniat
103 quoque metus facti: † d. l. si patre. vbi gloss. D. de rit. nupt. Bartol. in l. 1. §. quæ onerandæ. D. Quar. rer. act. non detur. Aut nisi causa cognita, manifestò constet, filium aut filiam propter reuerentiam paternam
104 non repugnasse: † vt not. Panormitanus in c. nonne. num. 3. vers. item fallit. & vers. debet ergo. de præsumt. Felin. ibid. num. 8. Aretin. consil. 24. num. 6. & 9. Ripa libr. 3. respons. c. 15. num. 8. in fin. citante Menochio in consil. 1. num. 492. vbi docet, quomodo probetur metus reuerentialis. Quibus adde Vvesebec. consf. 23. num. 46. libr. 1. Afflict. decis. 169. num. 4. & Hippolyt. sing. 147. Qua de re vide post alios omnes pulcrè & egregiè disputantem Andr. Gayl. pract. obseruat. 92. libr. 2. per tot. & Schneideuin. in tit. instit. de nupt. part. 2. requis. 3. num. 18. cum sequent. & Fr. Connan. comment. Iur. ciu. libr. 8. c. 4. Porrò qualis metus fuerit Titiæ filiæ, quo minis conterrita paternis, Caio fidem dedit coniugij: quam tamen paulò pòst iterum renunciauit: facilè ex eo intelligitur: quòd amissionem in se continet dotis, & patrimonij ipsius: vt non sit dubium, iustum esse metum: in
105 quo tot & tantæ minæ interuenerunt paternæ: † c. ex literis. vbi Canon. de desponsat. impub. c. pastoralis. de re iudic. l. ad inuidiam. C. de his, quæ vi aut met. caus. Bartol. Baldus, Castr. Salic. & comm. Dd. post gloss. in l. metum. verb. iactationibus. C. de iis quæ vi aut met. caus. Dec. in l. omnibus. num. 3. & 4. D. de reg. iur. Alex. consil. 151. num. 4. libr. 6. & consil. 156. num. 4. & sequent. lib. 5. Socin. consil. 27. col. vlt. libr. 3. Curtius

tius Iunior consil. 126. num.6.Bellon: consil.18.num. 15. Menoch. consil.29.num.19.libr.1.Quum verisimile sit, vultum duntaxat iratum patris, iustum incutere metum liberis: † vt not. Baldus in c. 1. §.iniuria. D.de 106
pac.iura.firm.Bartol.num.14.& Ias.num 7. in l.de pupillo.§.si quis. D. de oper. nou. nunc. præsertim verò fœminis:quas minor excusat metus,quàm viros: † per 107
gloss.notab.in c. cum locum. vbi Dd. verb: metus. de sponsal.Ias.in l.interpositas.num.4.Cod.de transact. Quippe quarum natura infirma est, & fragilis: † arg. 108
l.2 §. verba. D. Ad SC. Velleian. l. regula. D. de iur. & fact.ignoran.l. 1.§.accusationem. D. ad SC. Turpil.l.1. Cod.quant. mul.l.quisquis.1. Cod.ad legem Iul.Maiestat.l. imperialis,C. de nupt.cum similibus. vt in his metus sufficiat non viri,sed mulieris duntaxat constãtis: † Dd. in d.c.veniens. & d.c. consultationi Roma. 109
singul. 229. Boër. decis.100. num. 2. & 12. cum multis ibidem allegatis: quos citat ad hoc Vvesebec.in consil.43. num.155. cum sequent. libr. 1. Cuius rei tamen cognitio ad iudicis pertinet officium: vt is statuat arbitrio suo, an metus iustus sit, nec ne: consideratione habita personarum,locorum, temporum,& similium: † de quo est gloss. sing.in d.c. cum dilectus. verb. me- 110
tum.vbi Panormitanus not.num.8. per l. 3. D. ex quibus caus. mai.Et trad. Alex.consl.98.num.4. & consil. 99.num.7.libr.3.& cons.156.num. 2.libr.5. Ang. & Ias. in §.quadrupli. num.26. Instit. de actio. Quæ omnia quum ita se habeant,vt suprà dictum est: concludo sanè,& firmiter statuo:neutrum matrimonium firmum, & iustum habendum esse: propterea quòd, vt dixi, nec filia sine consensu patris cum Seio nuptias contrahere: nec pater filiam ad nubendum Caio inuitã, & repugnantem cogere vllo modo potuerit: per iura suprà allegata. Quomodo & in iudiciis Ecclesiasticis passim pronunciari solet, das wie die kinder / mann vnd weibs personen/ohn that/vorwissen vnd verwilligũg jhrer Eltern nicht heuratẽ kõnnẽ / od da sie sich vermeintlich ehlich verlobt od versprochen / dasselbe.

ſo gar für ſich ſelbſt/ vnnd ohn einige gerichtliche erkanntniß vonn vnkräfften ſein / vnnd nichts gelten/ oder wircken ſol / als ob ſolches verlöbniß oder verſprächniß niemals wer fürganngen / noch geſchehen / alſo mögen auch hinwiderumb die kinder vonn jhren Eltern zu einiger ehe nicht gezwungen/ vnnd da ſie alſo durch förchte oder dräuwort / oder auch ander vngebürliche mittel zum verlöbniß getrungen/ſie aber nachmals/geſchehenem Eheverlöbniß volge zuthun/ in wägerung ſtehen/ zu volziehung ſolcher ehe vonn jhnen keines wegs billich nicht genötiget oder angehalten werden ſollen / es were dann / das ſie ſolches guttwillig ſelbſt thun wolten. D. R. W.

De Matrimonio per dolum contracto.

QVAESTIO VII.

QVod malè tecum, & omninò perfidè actum fuiſſe ſcribis in matrimonio Caij filij tui contrahendo: cui quum nuberet Mæuia, Sempronius, auunculus ipſius, ſpem fecerat quodammodò certam hereditatis ſuæ relinquendæ: quæ nunc ab eo, ſine liberis defunctò, aliis veniat propinquis: ægrè profectò, vt debeo, & moleſtè ipſe quoque fero: ſed minimè tamen in eo aſtipulor ſententiæ tuæ: qui matrimonium hoc ipſo iure vitiari, aut infirmari poſſe exiſtimas: tanquam dolo malo contractum. Et quoniam in eo, quid iuris ſit, conſilium exquiris meum: ſpontè equidem, ac libenter tibi gratificor: pro iure veteris amicitiæ & neceſſitudinis noſtræ: & tanquam amicus conſulo amico, ſed ad aras vſque, quod dicitur: quantum ſcilicet conſcientiæ fides, ac religio ſuadet. Noſti enim Epicharmeum illud, à Platone toties repetitum: conſi-

Consilium res sacra. Sic igitur consulo, & sic cēseo: matrimonium etiam dolo contractum valere: & omninò ratum firmumque esse. † c. cum dilectus. de his, quæ vi 1
vel met. cau, vbi Panorm. num. 4. & 12. Neq; enim dolus malus, sed bonus potiùs appellandus est: quo ad matrimonium quis certa lege, præmioque inuitatur.
† l. Titio centum. D. de condit. & demonstratio. quem- 2
admodum & is, quo ad melioris vitæ rationem quis persuadetur, siue vi, siue dolo res agatur: † quod fit in 3
matrimonio spirituali: vt not. gloss. in d. c. cum dilectus. vbi etiam Panormit. num. 12. Quæ autem inuitāt, & alliciunt nos ad matrimonium, ea meritò valent, & legibus comprobantur. † d. l. Titio centum. sicut è di- 4
uerso, quæ in fraudem legis ad impediendas nuptias scripta sunt, nullam vim habent: † secundum Papinia- 5
num in l. hæres meus. D. de condit. & demonstratio. Magnus enim fauor † est matrimonij: secūdum not. in 6
fin. de re iudic. & c. licet ex quadam. in fin. de testibus. pro quo semper in dubio iudicatur: † vt valeat potiùs, 7
quàm vt soluatur: vt not. Hostien. in c. si vir. de cognit. spirit. Felin. in rubr. de sponsal. num. 6. in fin. Iason in Authent. ingressi. num. 32. cum sequent. Zas. cons. 23 num. 83. & cons. 3. num. 22. Nam etsi spe hæreditatis adipiscendæ Caius subinuitatur, & quadantenus cogitur ad ducendam Caiam: minimè tamen cum alia contrahendi potestas Caio aufertur. d. l. Titio centum. neque libertas tollitur matrimonij: quod consensu perficitur: † in quo tota consistit substantia ma- 8
trimonij: † l. nuptias. D. de reg. iur. §. nuptias. Authen. 9
de nupt. l. fin. C. de repud. & c. sufficiat. 27. q. 1. Quòd si tam enormis fortassis dolus esset: vt consensum tolleret, & libertatem matrimonij. † aliud sanè iure ob- 10
tineret: quum matrimonia omninò libera esse debeant. † c. gemma. de sponsal. siue futura siue iam cō- 11
tracta: quæ vinculo pœnæ obstringi inhonestum quo dammodò videtur. † d. l. Titio & l. 2. Cod. de inutil. 12
stipulat. Neque enim dolus malus, nisi ex enormi læsione aliqua arguitur: † l. in superstite. Cod. de dol. 13

mal. l. omnes. §. Lucius. D. quæ in fraud. cred. l. si quis cum aliter. vbi Doctores not. D. de verb. oblig. Dec. cons. 203. & 216. & 479. Curt. Iun. cons. 141. Et vt do-
14 lus sciẽti ac volenti non infertur. † l. cum donationis. Cod. de transact. c. scienti. de regulis iuris. libr. 6. Ita nec in eo locum habet, qui hoc agit, vt sibi & suis re-
15 ctè consulat. † l. 3. §. quod ait Prætor. D. de incend. ruin. & naufr. Bald. cons. 277. n. 84. lib. 5. Crauet. cons. 319. n. 6. in fin. Menoch. cõs. 107. n. 8. lib. 2. Bos. in tract. caus. crim. tit. de iniur. n. 13. Quandoquidẽ ordinata ca
16 ritas incipit à seipso: † l. præses. C. de seruit. & aqua. c. dilecto. de præbend. & dignit. Neque verò sententiæ huic nostræ refragatur: quod, si quis pecuniam promittat: Si Mæuiam vxorem non ducat: Prætor actionem denegat: secundum Papinianum in l. Titio centum. D. de condit. & demonstrat. Nam aliud est, pœnæ metu, libertatem eligendi matrimonij auferri: aliud ad matrimonium certa lege, præmioque inuita-
17 ri. vt ibidem loquitur Papinianus. † Priori casu non valet conditio: quia pœnæ metus adiunctus est, qui
18 omnem matrimonij libertatem tollit: † quod amore potiùs, quàm metu conciliari, & omninò retineri de-
19 bet. † nam hoc contra bonos mores esse scribit † Pau-
20 lus IC. in l. Titia. in D. de verb. obligat. Quod autem est contra bonos mores, nec facere nos posse creden-
21 dum est. † l. filius. & l. conditiones. D. de condit. instit. Posteriori autem casu, quoniam non à matrimonio is prohibetur, sed ad nubẽdum potiùs inuitatur, quod
22 honestum est, & omninò laudabile: † conditio non remittitur, in eum casum facta: quæ impletur euentu matrimonij: cuius optandi, aut eligendi nemini est
23 tollenda aut minuenda libertas: † d. c. gemma. & c. cõstituit. vbi glos. in verbo, cogantur. 30. quæst. 3. cum similibus. Nec est contrà, quod dicitur, matrimonium sub conditione ita contractum videri: qua deficien-
24 te, deficiat quoque matrimonij ipsius promissio. † c. de illis. & c. super eo. de condition. appos. c. quemadmodum. iuncta glossa. & notatur per Panormitanum.

& Doctores num. 10. de iureiurando. Nam conditio hæc non planè fuit expressa: quia incerta fuit promissio: quæ non nisi in dote valet. † l. à Titio. D. de verbo- 25
rum obligat. Ac vt maximè ea expressa fuerit: tamen per consensum purum, & cōcubitum ab ea fuit recessum: † per c. literas. de sponsalibus. Taceo, quod matri- 26
monium cuius actus est legitimus, † non facilè condi- 27
tionem recipiat: † per regulam vulgarem in l. actus le- 28
gitimi. D. de regulis iuris. si presertim ea substantiæ, vel naturæ ipsius sit contraria. † c. fin. in principio. de con- 29
dition. apposit. quum in matrimonio consensum purum præstari oporteat. † Panormitanus in c. de illis. 30
ad fin. de condition. apposit. Et not. Fab. in d. l. actus legitimi. in fin. & Didac. Couar. in epitom. lib. 4. Decretal. particul. 2. num. 3. cum sequentibus. Quò fit, vt nec error fortunæ vitiet matrimonium: † in quo 31
& ipso eiusmodi tacita videtur inesse conditio: † c. 1. 32
29. quæst. 1. quoniam non pertinet hoc ad substātiam matrimonij: quod vt sine dote, ita & sine hæreditate esse potest. † l. fin. Cod. de donation. ante nuptias. 33
& l. fin. Cod. de repud. vbi dicitur, non dote, sed affectu contrahi matrimonium. Concordat §. nuptias. Authentic. de nuptiis. coll. 4. & l. cum hic. §. si mulier. D. de donation. inter virum & vxorem. Quippe quum dos aut hæreditas, aut similis alia causa, ob quā contractum esse dicitur matrimonium, non tam finalis causæ, quàm impulsiuæ rationem habeat: † qua de- 34
ficiente non tamen deficit contractus matrimonij. † gloss. in l. 1. verb. caus. D. de postulan. cum similibus. 35
cuius regulæ declarationem vberiorem vide apud Tiraquellum in tractatu: Cessante causa, & cæter. Sic non repugnat huic sententiæ, quod Celsus scribit: minimè actionem dari in eiusmodi stipulatione: Si tibi nupsero, decem dare spondes? l. si ita stipulatus fuero. §. fin. D. de verborum obligat. Neque enim simpliciter inutilis est eiusmodi stipulatio: † veluti si 36
ea ante nuptias effectum suum sortiatur: aut si quidem conferatur obligatio in tempus nuptiarum: sed

ex eorum numero ſit: quæ conſtante matrimonio recte dari poſſunt: cuiuſmodi eſt, dos, & ſponſalitia largitas, & quæ ἀντίφερνα Iuriſconſulti nominant: quæ fit ob dotem: quo caſu non rarò probabilis eſſe ſolet eius ſtipulationis cauſa: vt idem Celſus ſcribit in d. l. ſi ita ſtipulatus. Sed ita demum inutilis fit ſtipulatio: ſi in fraudem legis ea facta ſit: quæ donationem inter coniuges prohibet: ne mutuo ſe amore ſpolient: & ne venalitia ſint matrimonia: † vt patet ex tot. tit. D.
37 de donat. inter vir. & vx. Quo caſu Celſus putat actionem denegādam eſſe, d. l. ita. Quomodo & Imp. Gordianus in reſcripto quodam ſuo: Quod ſpōſæ (inquit) ea lege donatur, vt tunc dominiū eius adipiſcatur, quū nuptiæ fuerint ſecutæ: ſine effectu eſt. Multum enim intereſt, ſi ea, quæ donat vir futurus, vxori tradiderit, & poſteà in dotem acceperit; an verò donādi animo dotem acceperit, vt videatur accepiſſe, quod non accepit: vt disertè hoc reſcripſerunt Diui Impp. Seuerus & Antoninus in l. 1. Cod. de donatione ante nuptias. Nam priore quidem caſu donatio non impeditur: & res, quæ in ea cauſa ſunt dotis effectæ, iudicio de dote peti poſſunt: poſteriore autem caſu nihil actum eſt donatione: & quod in dotem datum non eſt, repeti non poteſt. gloſſ. Bald. & Salic. in d. l. 1. Bartolus in l. ſi voluntate. Cod. de dot. promiſſ. Imol. in rubr. ſolut. mat. im. Vveſebec. in §. penult. Inſt. de donat. & in Paratit. D. de donat. inter vir. & vx. num. 1. Panormitanus in c. fin. eod. tit. Iam verò quod infertur, dolum non modò alios bonæ fidei cōtractus, ſed ipſum quo-
38 que vitiare matrimonium: † l. & eleganter. vbi Bart. D. de dol. mal. c. tua. in fin. de ſponſal. concedo equidem hoc verum eſſe, ſi dolus ſit malus, qui cauſam det
39 contractui. † l. in ſumma. vbi Bal. D. de cōdict. indeb. Dd. in d. l. & eleganter. & in l. ſi dolo. vbi gloſ. C. de reſcind. vendit. aut ſi dolus tam enormis ſit, vt & ſubſtantiam, hoc eſt, conſenſum tollat, & formam ipſius
40 matrimonii. † d. c. tua. in fin. de ſponſal. & c. conſtituit. iun. gloſſ. 20. quæſt. 3. & gloſſ. in l. à Diuo Pio. in verb.

verb.actionem. D.de rit.nupt. Quibus adde glos.in d. c. cùm dilectus. verb.metum. vbi etiam Panorm.not. nu.13. & Ias.in l.pacta nouissima.nu.13.c.de pact. Aut si deniq; nō simplex sit dolus: † sed omninò talis, qui 41
etiam in virum cadat constantem: secundum textum in d.c.cùm dilectus.de his quæ vi aut metus causa vbi Panor.not.nu.4.&12.Dec.in c.fin.colum.1.vbi etiam Abb.& alij Dd.de appell. Bald.ad rubr.C.de rescind. vendit.nu.3.iuncta Apostil.ibid.Alex.in d.l.& eleganter. D.de dol.mal. Dec.in l.in omnibus. vbi latè quoque Cagnol.D.de regul.iur.Curt.Senen.& Doctores alij in l.interpositas. Cod.de transact. Decius consil. 219. Ruin.consil.121. nu.12. lib.4.Petr.Anchor.quæst. 54.num.12. lib.3. Andr.Gayl.Pract.obser.93.lib.2.nu. 10. Hippolyt.singul.407. num.7. Quòd si igitur non euidens dolus, aut enormis probetur læsio, minimè 42
tunc rescinditur contractus. † exemplo l.in causæ. & l.cy si minor. §.non semper. D.de minorib. præsertim si contractus legitimè perfectus, & res nō amplius sit 43
integra. † d.l.quòd si minor. Sufficit autem ad dolum 44
excusandum quælibet causa. † itaque semper ab alle- 45
gante dolus probandus est. † l.3.§.fin.D.de tribut.act. l.quoties.§.qui dolo.D.de regul.iur.idque argumentis euidentibus,& manifestis. l.dolum. D.de dol.mal. 46
Quandoquidem dolus nunquā præsumitur. † l.merito.D.pro socio. cum similib. Postremò quod obiicitur, nemini contra æquitatem naturalem, vel simplicitatem suam damnosam,vel fraudem,malitiamq; lu- 47
crosam esse debere: † p §.sed quia. Inst.de fideicom. hæred.&l.2.vbi gl.D.de eo per quem fact l.5.D.si quis caution. l.1. & l.4 §.Labeo.D.de dol.mal. except l.ne ex dolo.D.de dol.malo. l.non fraudantur.in fin. D.de regul.iur. id verò nullius momenti est: siquidem cum hoc facto comparetur, quū sibi potius imputare debeat,qui contraxit cū ea, cuius conditionem exactius 48
certiusque explorare debuit: † per l.qui cum alio. D. de regul.iur. Vides,mi Luci,quàm facilè omnes tuę rationes infirmari possint,atque euerti.Itaque ne te-

merè quid agas, ſed potiùs te quieti vt des, & à Deo fortunam meliorem expectes, omninò ſuadeo,& con
49 ſulo. Sed fruſtrà quidem conſulitur, ſi non bonis obtemperetur conſiliis, † vt Homerico monemur adagio: quum ea præſertim legibus honeſtis ſunt conſen
50 tanea. Quò fit,vt nemo ferè agat conſultiùs, quàm q. præceptis legũ obtemperat. † l.filia licet. D.de collat. & l.inciuilem.C.de furt.cum ſimil.

De Coniugio furioſi.

QVAESTIO IIX.

QVo die nuptias celebrauit cum Paulina Antonius, eodẽ die furere cœpit. Quæſitum fuit, vtrùm furore non remittente coniugium hoc ratum eſſe debeat, néc ne? Et ſanè dicendum videtur,ratum eſſe hoc coniugium nec poſſe, nec debere: ſiquidem
1 ſummo iure agendũ ſit. † Nam furioſi nulla eſt volun-
2 tas. † l.furioſi. D.de regul.iur.§.præterea.Inſtit.quib. non eſt permiſſ.fac.teſt. qui, quoniam quod agit,non
3 intelligit: † l.in negotiis.D.de reg.iur.§.multum. verſ. furioſus. Inſt.de inutil.ſtipul.c.ſicut.§.quæ diſtinctio.
4 vbi Card.diſt.7. idcircò nec contrahere poteſt. † d.l. in negotiis. Bald.in l.2. quæſt.10. C.de reſcind.vend.
5 Iaſon conſ.141.nec poſſidere. † l.1.§.2.& l.quod meo. §.ſi furioſo. & l.ſi is, qui animo. D.de acquir.poſſ. nec
6 donare. † l.Modeſtinus.D.de donat.nec vllo modo te-
7 ſtari, ne ad impias quidem cauſas: † §.furioſus. Inſtit. quib.non permiſſ.eſt teſt. Dec.in d.l.in negotiis. nu. 2.Bart.in l.1. quæſt.1. C.de ſacroſ.Eccl.multoque mi-
8 nus ſponſalia,aut matrimonium celebrare. † l.2.§. voluntatem. D. ſolut.matr. l.patre. D. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.in hæredibus.§.1.D.ad Trebel.c.dilectus. de ſponſal. Et not.Alberic.de Roſat.in l.obſeruare.D. de curat.furioſ. Fulg.conſil.212. Socin.conſ.42.Boër. deciſ.24.num.68. Quippe quum in matrimoniis, vel
9 maximè opus ſit conſenſu, † quem non habet furio-

ſus,

sus: † qui nec consentiendi, nec dissentiendi potesta- 10
tem habet.d.l.2. § voluntatem.& l.si cum dotem. §.si
maritus. D.solut.matrim. & l.oratione. D.de rit.nupt.
Quò fit,vt in his negotiis, in quibus cōsensu opus est,
furiosus absentis loco habeatur: † l.2. §.furiosus. D.de 11
iur.codicil.quòd non magis esse videatur capax obli-
gationis,& consensus,quàm si abesset, vel omninò nō
esset: aut si, vt Iurisc.alibi loquitur, planè quiesceret,
vel dormiret. † d.l.1. §.adipiscimur. D. de acquir.poss. 12
l.2.§.furiosus. D.de procurat. l.vbi non voce. §.furio-
sus. D.de regul.iuris. Dec.in d.l.non negotiis. D.d.tit.
Schurf.consil.24. cent.2. & latè tradit Boër. decis.23.
num.47. Licet aliàs in iis rebus, in quibus non requi-
ritur consensus,siue expressus,siue tacitus,(veluti si ex
re actio veniat) omninò obligetur furiosus: † quasi vo 13
luntatis reliquiis quibusdam in eo remanentibus: vt
Vlpianus ait in l.patre furioso.iunct.glos.D.de his qui
sui vel alie.iur. Conar.text.in l.furiosus.D.de oblig. &
act. Bart.& Dd.in l.si à furioso. D.si cert.pet. Castren.
consil.120.n.3.lib.1.Zabar.consil.56.Rectè itaq; Bald.
vbi furor adest, ibi intellectus abest: † in c.clerici. de 14
vit.honest.cleric. Et not. Matth. de Afflict. in consil.
365.nu.2. Vbi verò intellectus abest, neq; sacra bene-
dictio ab eo peti,† neque matrimonium ritè & hone- 15
stè consummari potest. † Quorum illud sine peccato 16
fieri nequit: † vt patet ex tot.tit.Decretor. c.30.qu.5. 17
hoc verò aberrat à fine & scopo coniugij: † quoniam 18
cum persona pro.sus efferata non potest altera con-
suescere, quæ mentis compos est: † vt ait Imperator 19
Leo Nouel.const.111.& 112.vt meritò nuncium ea pos-
sit mittere furenti personæ: præsertim si ea liberos
nō habeat: & procreandæ sobolis cupiditate nimium
teneatur: † vt Vlpianus scribit in d.l.si cùm dotem.§. si 20
maritus. D.solut.matr. Quòd si propter furorem su-
peruenientem, ante contractum reipsa coniugium,
consulitur cuipiam, ne in tantam calamitatē incidat.
† cur ei non multò magis succurratur, qui iam in hoc 21
ipso malo versatur? d.Nouell.112. Quum præsertim

aliæ multò leuiores sint causæ, propter quas coniugia
22 dissoluuntur. † l.consensu. C.de repud. iuncta Auth.
vt liceat matri & auiæ.§.quia verò.collat.8. cum simil.
Quòd autem furiosa vxor repudiari possit, testis est VI
pianus in l.Iulianus. D.de diuort. & Innoc. in c. dile-
ctus.iuncta gl.de sponsal. vbi expressè dicitur, separa-
23 ri posse matrimonium cũ furioso contractũ. † Quan-
quam verò hæ rationes satis graues & magnæ sunt: vt,
si summo iure agendum sit, omninò rescindi posse vi-
deatur eiusmodi coniugium: tamen longè consultiùs
fore existimo, si non tam facilè, aut temerè hoc ita sta
tuatur: sed & æquitatis ipsius, & fidei datæ summa ha-
beatur ratio: & hoc modo alterius coniugis, in spe, vt
24 decet, silentioque, aut sanitas expectetur, † aut mortis
euentus: d.l.si cùm dotem.§.si verò dotem. Quoniam
in manu Dei & potestate situm est: vitium eiusmodi
siue animi, siue corporis, aut sanare, aut planè prorsus
tollere: cuius voluntati nos & nostra omnia commit-
25 tere, & sine ea nihil agere omninò debemus. † c.non
obseruetis. 26.q.7. Sed age rationes huius sententiæ
nostræ, quantum fieri potest, iuris, vel potius iusticiæ,
id est, æquitatis ipsius regula metiamur. Nam quum
26 matrimonium sit consortium omnis vitę, † secundum
Modestinum in l.1.D.de rit.nupt. par est profectò vxo-
rem viro, omnis vitæ, seu prosperæ, seu aduersæ, con-
sortem, & sociam quodammodo permanere: ne vel
mariti prosperitas, aut aduersitas sine vxore: vel con-
27 trà vxoris sine marito inueniatur: † quum absurdum
sit, in vno eodemque connubio, in quo vxor marito,
quasi concrescit, alterius coniugis felicitaté alteri fieri
28 infortunium, aut contrà: † vt Imp. Iustinianus rescri-
psit in l.fin. vbi Baldus not. C.de nupt. Finis siquidem
coniugij est, non solùm procreatio liberorum, verùm
etiam mutuum in vita auxilium, vt possint coniuges
ἀλλήλοις ἐπαρκεῖν, vt in Nicomach. loquitur Aristoteles.
Quumque nulla sit maior vis amicitiæ, aut societatis,
29 quàm inter maritum & vxorem: † quorum vt vna ca-
30 ro, ita vna est anima: † c.peruenit. de coniug. lepros. c.
debitum.

debitum. de bigam. c.gaudemus. de diuort. c. frater-
nitatis. 35.quæst.9. cum similib. meritò inter eos esse
debet, vt officiorum, & consiliorum, ita fortunarum,
operarumque communicatio: † ac propemodum ea- 31
dem sors, & fortuna: & in vtraque fortuna par & mu-
tua affectio, qua nihil aut in rebus secundis maiori or-
naméto, aut in aduersis maiori solatio & præsidio esse
potest, secundum Euripidem. Nota enim est vox illa
Pythagorica: Amicorum communia omnia: † & ami- 32
citia æqualitas: † vt est apud M.Tull.Ciceronem, libro 33
de Legib.1: & Aul.Gellium Noct.Attic.lib.1.c.9. Quò
etiã illud Salustianum pertinet: Idem velle, atq; idem
nolle, ea demũ vera amicitia est. † Quòd si vxor pro- 34
speritate gaudet mariti, in tantũ, vt particeps fiat eius
non modò domicilij & fori: † l.exigere. D. de iudic. l. 35
cum quædam. D. de iurisdict.om.iudic. sed & familiæ
quoque & dignitatis: † l.mulieres. C. de dign.lib.12.l. 36
fœminæ.cum seq.D.de Senator.l.cùm puella.D.de iu-
risdict.omn.iudic. sanè iniquum fuerit, eam non ferre
quoq; partem aliquam calamitatum mariti: † quum 37
ea pars sit quædã de corpore, & caro de carne ipsius.
† c.admonere. 33. q. 5. quam profectò non minùs nu- 38
trire & fouere vxor debet, ac suam: † secundum præce 39
ptum Apostoli in epist. ad Ephesios scripta, cap.5.& ad
Corinthios 1.epist. cap. 7. Nam & hanc ob causam v-
xor viro data est (vt Clemens Alexandrinus loquitur)
βοηθὸς τῆς οἰκουρίας: id est, socia, atque adiutrix in admini-
strandà domo & familia: † cuius multò maximà pars 40
est maritus, qui est caput familiæ: † vnde pater, & prin 41
ceps, ac dominus familiæ appellatur. † l.pronũciatio. 42
§.familiæ.D.de verb.signif. cui profectò nunquam ma
gis est necessaria cura & diligentia vxoris, quàm si aut
graui periculosoque morbo is affectus, aut mente in-
citatus permotusque fuerit: vt nec sibi, nec suæ fami-
liæ rectè præesse queat: quam si negligit vxor, aut si ea
fortassis spernit infelicitatem mariti, iniustè facit, &
omninò inhumanè: † argum.d.l.si cùm dotem. §.si au 43
tem.D.solut.matrim. Nam quum, secundum Papinia-

44 num,hominis intersit, † hominem afficere beneficio:
l.seruus. D.de seru.export. neq; solùm hominis cuiusque priuati,sed Reipublicæ,& totius vitæ communis:
45 † quam tum demum beatam fore Solon dixit, si in ea
quisque iniuriam alterius, & fortunam suam esse ar-
46 bitraretur: † vt refert Hieron.Franc.in l.quicquid calore.num.4.D.de regul.iur. Quid obsecrò tam humanum est, quàm fortuitis casibus mulieris maritum, &
rursus vxorem viri participẽ esse? † sicut præclarè hoc
47 disserit Vlpianus in d.l.si cum dotem. §. si maritus. D. solut.matrim. Celebre est vetus illud verbum Theogenis, quæ vxor fuit Agathoclis Siculorum Regis: se nubendo non prosperæ tantùm,sed & aduersæ fortunæ societatem iniisse: quasi data sit in hoc vxor, vt sua societate solitudinis tædium depellat,& vtramque fortunam reddat vel gratiorem,si sit prospera: vel saltem tolerabiliorem, si aduersa sit. Vnde & à Dionysio Halicarnasseo in Methodo τῶν γαμηλίων matrimoniũ definitur,σύμμιξις καὶ κοινωνία δυοῖν τοῖν περιστροφαροτίπιν εἰς ἅπαντα τὸν βίον: id est,coniunctio & consortium duorum, in vnamquamque vitæ sortem paratissimorum: vt scilicet separata duorũ coniugum fortuna nulla esse debeat: multoque minus pœnam aliquam mereri, sine sua culpa. Neque enim aut vim maiorem, aut casum
48 fortuitum quisquam præstare potest: † sicut nec præstare eum vllo modo cogitur. l.contractus quidam. D. deposit. Nisi aut nominatim is se periculo casus ob-
49 strinxerit, † l.1. §.sæpe. D.eod.tit. Aut nisi culpa eius,
50 vel mora,vel dolus præcesserit: † §.is qui.versic.si modò. Instit.de obligat. l.fin. §.1. D.ad leg.Rhod.de iact. l.1.§.si rem. l.si in Asia. §.final. D.de posthumis. l.cùm res. in fin. D.de legat.1.Quò fit, vt nec pœnam merea-
51 tur fortuna,à qua abest culpa: † ac per consequens afflicta eiusmodi fortuna mariti æquo animo ferenda sit: quia non est delictum, sed infortunium: cuius sa-
52 nè pœnę omninò participem esse decet vxorem: † secundum glos.in dicta l.si cùm dotem. §.si maritus. vbi Dinus & Bartolus not. Nam & in simili nulla corpo-

ris

ris imbecillitas, aut morbi contagio, quantacunque ea fuerit, dissoluere potest matrimonium: † c.1.& 2.vbi Panormitanus de coniug.leprof. nedum animi morbus, 53
† ab omni contagione remotus: d.l.si cùm dotem. & 54
l. patre furioso. D. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Itaque siue quis vxorem habeat sterilem, siue deformem, siue claudam, siue cœcam, siue surdam, siue mutam, siue denique aliis morbis, aut laboribus, doloribusque confectam: pro societate, fideque potius eam sustineat, quàm repudiet: † secundum Augustinum in 55
c.si vxorem.32.quæst.5. Quod pari ratione intelligendum quoque esse de viro monet diuus Hieronymus, in c.præcepit. eadem quæst. & c. Manet siquidem inter coniuges eiusmodi vinculum quoddam coniugale: quod ne ipsa quidem separatione dissoluitur. † c. 56
neque furiosus. 32.quæst.7. Sic & Nicolaus Pontifex: Si qui (inquit) matrimonium sani contraxerunt: & alterutri horum amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob eiusmodi infirmitatem coniugium solui non potest. c.si qui. 32.quæst.7. Neque verò ratione caret hoc ius: quod summam habet æquitatem, & lege diuina nititur: in qua scriptum est: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.† c.1.distinct.1.gl.in §.iu- 57
ris præcepta.verb.alterum non lædere. & gl.in l.iustitia. §.1. eod.verb. Instit.& D.de iustic.& iur. & glos.l.1. in prin.verb.summam. D.quod quisque iur.in alt.stat. Quamobrem sic statuo, & sic concludo, furorem alterius coniugum iustā diuertendi causam non esse: non modò vt pœna vitetur legitima, quæ est dotis amissio,
† aut rerum propter nuptias donatarum. l.consensu. 58
C.de repud. & d.l.si cùm dotem. sed multò magis ne violetur lex illa diuina, à Christo ipso repetita: Quos Deus coniunxit, homo ne separet: † vt est in c.quos 59
Deus.33.q.2.c.2.de translat.episc. & c.deinde.dist.36. Nec sanè difficile est, argumentis in contrariam partē suprà allatis respondere. Nam quod dicitur, cum furioso nec sponsalia, nec matrimonium contrahi posse: concedo hoc verum esse: si nimirum intelligitur de

matrimonio cum eo contrahendo, nó autem iam con tracto iterum dirimendo. Sic enim Paulus IC. scribit: Furor (inquit) matrimonium contrahi non finit: quia consensu opus est: sed rectè contractum nó impedit:
60 † l. in oratione. D. de ritu nupt. Et Caius: Furor quin sponsalibus impedimento sit, plus quàm manifestum est: sed postea interueniens, sponsalia non infirmat. l. furor. D. de sponsalib: Et Vlpianus: Furiosus licet vxorem ducere non possit, matrimonium tamen retinere potest: & ideò filium etiam in furore editum habet in potestate. l. patre furioso. D. de his qui sui, vel alie. iur. Quomodo etiam intelligenda est altera lex illa Vlpiani: in qua scribit, mulierem furiosam posse contrahere matrimonium, & semper consentire eam præsumi: l. 2. §. fin. D. solut. matrim. Scilicet, si tempore contracti
61 matrimonij compos mentis fuerit: † quo casu ppter reliquias prioris sanitatis vmbra quædam hic habeatur consentiendi, & non veritas: vt not. Zasius in d. l. 2. & post eum Hieron. Franc. in l. furiosi. D. de regul. iur. Quanquam nó ignoro vulgarem illam distinctionem
62 à Dd. magno consensu traditam, † qua alij esse dicuntur actu, alij habitu, alij deniq; statu furiosi. Qui actu
63 † furiosi sunt, nihil omninò agunt: quoniam nulla est eorũ voluntas, & intellectus nullus. §. mutum. versic.
64 furiosus. Instit. de inutil. stipul. Qui autẽ habitu † sunt furiosi, vt aliquando sapiant, sed protinus in furorem recidant: quos IC. appellat inumbratæ quietis: in l. quod meo. §. si furioso. D. de acquir. hæred. pari quodammodo cum his, qui actu furiunt, iure sunt: quo ad acquirendum, & alienandum: sed ita tamen, vt quasi consentire videantur, quum non habeant iustam cau-
65 sam contradicendi. Qui denique statu † furiosi sunt, quoniam dilucida habent interualla: si quidem ab his cessante furore aliquid actum est, quod prouidẽtiam aliquam arguat ex dictis, & factis, & tenore ipsius contractus: ipso iure ratum, firmumq; habetur. §. præterea. Instit. quib. non est permi. fac. testam. l. penul. C. de curat. furios. l. si is qui. D. de acquir. possess. l. furiosi. vbi Angel.

Angel C.qui testa.fac.poss.c.furiosi.33.q.7.c.dilectus. vbi gl.de sponsal.& c.dilectus. vbi Io.Andr.de success. ab intest.c.legitimus.dist.93. Bald.in c.1. per quos fiat inuesti. Boër.decis.23. num. 54. Tiraq.de legib. connub.fol.130.vers.non temerè igitur.Quod idem quoque iuris obtinet in iis, qui mente capti, aut stupidi, fatuique sunt: † in quibus nõ est rabies, sicut in furio- 66
sis: vt not.Bald.in l.humanitatis. C.de impub.substit. & in l.2.C.de curat.furios.& in l.si furiosi.vbi Bald. C. de nuptiis. Alc.Parerg.lib.2. c.16. Sic Vlpianus in d.l. si cùm dotem. eodem ferè modo distinguit: Si (inquit) interuallum habet furor, perpetuus quidẽ morbus est, sed qui tamen ferendus est iis, qui circa eum sunt: tunc nullo modo oportet dirimi matrimonium, sciente ea persona, quæ, quum compos mentis esset, ita furenti nuntium miserit, culpa sua nuptias esse diremptas. Sin autem tantus furor est, & ita ferox, ac perniciosus, vt sanitatis nulla spes superfit: circa ministros terribilis: & forsitan altera persona, vel propter sæuitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ sobolis cupiditate tenetur: licentia erit compoti mentis personæ nuncium furenti mittere, vt nullius culpa videatur esse matrimonium dissolutum: neque in damnum alterutra pars incidat. Concordat cum Vlpiano Innocentius in dicto c.dilectus.vbi glo. magistral. de sponsalibus. Si (inquit) mulier cum viro, qui continuo furore laborat, morari non possit: & propter alienationem furoris legitimus non interuenerit consensus: separationi locus datur. Cætera argumenta non magni sunt momenti: vt meo quidem iudicio non egere videantur longa refutatione: præsertim apud eos, qui Christiani esse, & perhiberi volunt. Nam siquidem finis coniugij est liberorũ procreatio: † §. 1. Inst. de iur.nat... ex quorum prole diu- 67
turnitatis nobis memoriam in omne æuum relinquimus: † l.liberorum.§.fin. D.de verb.signific. tamen ea 68
non tam in hominis, quàm Dei potestate potissimùm sita est: † vt Iacobus ille Patriarcha testatur: qui Rache- 69

li vxori de prole ſuſcipienda ſecum obiurganti: Nunquid ego (inquit) ſum Deus, qui fructum ventris tui inhibuit? Quò fit, vt ob ſterilitatem, aut aliud eiuſmodi impedimentum neutiquam fieri diuortium opor-
70 teat: † quum non ſint facienda mala, vt eueniant bo-
71 na: † vt not. gloſ. in l. qui ſub prætextu. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. magna. ne cler. vel monach. quamuis ma
72 la interdum ferantur, quæ corrigi non poſſunt: † arg. Auth. de forma fideli. collat. 10. Præclarè enim Auguſtinus: Tantum (inquit) valet vinculum ſociale, vt cum cauſa procreandi colligitur, nec ipſa cauſa procreandi diſſoluatur. Poſſet enim homo ſterilem dimittere vxorem, & aliam ducere fœcundam: & tamen non licet. Et alibi: Manet vinculum nuptiale, etiamſi proles, cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate, non ſubſequatur: ita vt iam ſcientibus coniugibus non ſe liberos habituros, ſeparare tamen ſe vel ipſa cauſa liberorum, atque aliis copulare non liceat. Quod ſi fecerint, cum eis, quibus ſe copulauerint, adulterium
73 committunt. † c. penult. 32. quæſt. 7. Itaque coërcenda eſt potius, ac frenanda ea cupiditas: neque extra Dei verbum remedium aliquod quærendum: ſed potius in voluntate diuina acquieſcendum: vt ſtatuat ea perſona, quæ ſic exercetur ad cœlibatum ſe tantiſper vocari, donec à Deo ipſo liberetur. Nec aduerſatur multum, quod de furore ſuperueniente ſponſalibus ante collatas nuptias dicitur: quo caſu quoniam res adhuc eſt integra, quod ad corporum commixtionem attinet, facilior eſſe videtur ſeparatio: impedimento eiuſmodi diuinitùs fortaſſis tunc obiecto: ob quod
74 ſponſalia eiuſmodi rectè dirimantur: † quorum exitus difficilis ſit. Quod tamen locum meritò non habet, ſi res non ſit amplius integra: in quo profectò maiore cautione opus eſt. Notum eſt enim vulgare illud: quædam impedire facienda, quæ non impediunt iam
75 facta. † gloſ. in l. furor. D. de ſponſalib. & gloſ. in l. ſi patre furioſo. verb. retinere. D. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Poſtremò, ſi ob leuiores quaſdam cauſas aliquando

liquando conceduntur diuortia, non consequitur inde, rectè hoc semper fieri: & si quidem iure ciuili aliis quibusdam modis impunè soluitur matrimonium. l. consensu.C. de repud. §. mitiores. Authen. de nuptiis. minimè eos tamen omnes separationi tori sufficere consentaneum est: quum sola adulterij, aut fornicationis causa excepta sit in lege diuina:† c. idolatria. 28. 76
quæst. 1. c. 2. de diuor. Abbas in c. maritis. de adult. Decius l. 1. C. de secund. nupt. aduersus quam nulla sanè permissa est relaxatio. † c. literas. de restitut. spoliat. c. 77
sunt quidam. 25. quæst. 1. Alciat. in rubr. D. solut. matr. num. 50. Manet igitur firma conclusio: matrimonium furore non dissolui, si ritè contractum sit: nisi furor sit prorsus intractabilis, aut intolerabilis. Quo casu tamē æquum esse videtur, & omninò necessarium: omnibus remediis tentandis † aliquod spacium tempo- 78
ris statui: quo furor ille melius aut cognoscatur, aut toleretur: & alterius coniugis eodē pacto sanitas expectetur, aut mortis saltem euētus. d. l. si cùm dotem. §. si autem. D. solut. matrim. Quam in sententiam scribit Leo Imperator: qui lege sancit, † vt maritus qui- 79
dem, furente vxore, triennium: vxor verò, furente marito, quinquennium expectet: ac tum denique, si furor aut intolerabiliter sæuus, aut omninò insanabilis sit, Magistratus, aut Iudicis cognitione, diuortiū concedatur: † vt est textus in Nouell. constit. 111. & 112. 80

De Diuortio propter maleficium, & desertionem alterius coniugis facto.

QVAESTIO IX.

SENATOR quidā, peculatus crimine cōmisso in vrbe quadā Imperiali: ne in manus veniat Magistratus: fuga arrepta sui furtū fecit: vxore domi relicta, ac p totum ferè septennium

deserta. Vxor crimen auersata mariti, quoniam cum infami amplius viuere recusat, neque satis compertum habet, an adhuc in viuis maritus sit, nécne: sui tandem haberi rationem postulat: & cum venia Magistratus nubit alteri. Paulò pòst domum reuersus prior ille maritus in gratiam redit cum magistratu: mulctaque persoluta Reipubl. vxorem, quæ iam alteri nupsit, repetit. Quæstio est, vtrius sit vxor? priorisne mariti, an verò posterioris? Quæ causa vt rectè cognoscatur, & legitimè disceptetur, primò considerandum esse arbitror, an ob crimen aliquod publicum vxori maritum repudiare liceat? Deinde an soluto hoc modo per fugam, aut desertionem mariti matrimonio, vxor eadem alteri nubere possit, aut debeat? Quod ad primam quæstionem attinet, negandum fortassis esse videtur, licere vxori ob crimé aliquod publicū commissum à marito diuertere. Primùm enim nuptiæ, siue
1 matrimonium, † vt Imperator ait, sunt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitę consuetudinem continens. §. 1. Instit. de patr. potest. quæ non nisi morte
2 finitur. † l. locatio. vbi Bartol. D. locati. quum moribus nostris non conueniat, vxorem habere temporalem,
3 † vt nec filium, aut filiam: † secundum Paulum Iuris-
4 consultum in l. si tibi filius. D. de adoptio. Quo modo & Romuli lege primùm ita matrimonia instituta
5 ta fuerunt, vt nunquam dissoluerentur: † auctore Dionysio Halicarnassæo lib. 2. & Gellio lib. 4. cap. 3. & Plutarcho in Romulo. Deinde matrimonium, secundum
6 Modestinum, est consortium omnis vitæ, † id est, eiusdem sortis, & fortunæ in omni vita communia quædam, & societas: l. 1. & 2. D. de ritu nuptiar. l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. vbi vxor socia rei humanæ, at-
7 que diuinæ † nominatur: sicut & in Romuli lege κοινωνὸς ἁπάντων χρημάτων τε & ἱερῶν, id est, socia omnium &
8 bonorum, & sacrorum appellatur, † eodem Dionysio auctore: vt meritò ea casuum eiusmodi fortuitorum
9 consors, & particeps fieri debeat, † secundum Vlpianum in l. si cùm dotem. §. maritus. D. soluto matrimonio.

nio. Postremò repudium, vel potius diuortium non
nisi ex causa adulterij concessum est: † c.in coniugio. 10
22.quæst.1. c.si quis vxorem. 22.quæst.5. c.omnes. 22.
quæst.7. idque ex lege, præsertim diuina, quæ immu-
tabilis est, & perpetuò sibi constans: † §.sed naturalia. 11
Instit. de iur.natur. Quod satis declarat manifestum
illud Christi interdictum, ex lege diuina repetitum a-
pud Matthæum, c.19. Quos Deus iunxit, homo ne se-
paret: † c.quos Deus. 33.qu.2. Quo in loco vna dun- 12
taxat adulterij causa ab eo excipitur, quæ sufficiat ad
dissoluendum matrimonium: c. 2. vbi glos. de diuort.
vbi dicitur, mulierem pro furto, vel alio crimine viri
sui, ab eo separari non posse. † Quoniã matrimonium 13
non est ex eorum contractuum numero: qui vt mu-
tuo contrahentium consensu constituuntur: † ita eo- 14
dem quoq; consensu rursus soluuntur. l.fin. C. comm.
diuid. l.nulla. D. pro socio. l.ab emptione. D. de pactis.
Licet olim mutua voluntate, & consensione, apud ve-
teres ex lege XII. Tabul. dissolui potuerit coniugium:
† quũ nihil sit tam naturale, quàm vnumquodque eo- 15
dem genere dissolui, quo colligatum est: † l.nihil tam 16
naturale. D. de regul.iur. Quod etsi Imperator Iusti-
nianus ex causa concessisse videtur: in §.quia verò ex
consensu. Auth. vt liceat matri & auiæ. & Auth. quod
hodie. C. de repud. rectè tamen Canones † sine vlla di 17
stinctione hoc sustulerunt: c.fin. cùm ibidem not. de
transact. vt ob nullum aliud, nisi adulterij crimen per-
mittatur diuortium: c.ex literis. Quanquã hoc etiam
ad spirituale adulterium aliquando producitur: quod
est idolatria, siue hæresis: † c. 2. c.de illa. c.quanto. de 18
diuort. c.si infidelis. 28.quæst.2. Præter has rationes
confirmat hanc sententiam Vlpiani auctoritas: qui ex
sententia Marcelli negat dissolui matrimonium de-
portatione: † quæ pœna est ipsius peculatus: propter- 19
ea † quòd quũ libertas remaneat, nihil prohibere vi- 20
deatur, & virum mariti affectionem, & mulierem v-
xoris animum retinere: † l.sed si alia. D. de bon. dam- 21
natorum. Et concordat cum Vlpiano Iustinianus Im-

perator,quum ait, deportatione non solui matrimo-
nia: sicut nec aquæ & ignis interdictione. Quod &
Imperatori Constantino sic placuisse idem affirmat,
in §. quod autem prius. & §.deportatio. Authent. de
nuptiis. Facit l.vxoris. §.sin autem. Cod. de donatio.
inter virum & vxorem. & l. prima. Cod. de repud.
Sed hæ quidem rationes & auctoritates licet magni
sint ponderis, & momenti: tamen quò minus contra-
riam amplectar sententiam, efficere non possunt. Sic
enim censeo, & sic statuo: mulierem inuitam cogi
non posse ad cohabitandum cum viro infami & faci-
noroso: à quo licet ei diuertere, cum auctoritate Ma-
22 gistratus: † præsertim si crimé & facinus eiusmodi par
sit, aut fortasse grauius ipso adulterio: propter quod
23 diuortium iure conceditur. † dicto c.significasti. cum
sequentib. Etenim quum pœna peculatus iure ciuili
24 sit mors: † si quidem ab eo fit, cuius periculo fuit: sin
verò ab alio, deportatio: §. item lex Iulia peculatus.
Instit.de public.iudic.l.3.&l.sacrilegij.D.ad legem Iu-
liam peculatus. l. vnica. Cod.de crim.peculatus. quæ
25 & ipsa mortalitati comparatur. † l.cognitionis. D. de
26 var.& extraord.cognit adeoque mors est ciuilis. † l.1.
§.finali. D.de bon.possess.contra tabul.l.4.D.qui satisf-
care cogantur. quumque mors, secundum Poëtam,
27 vltima sit linea rerum, † quæ omnia soluit: † vt ait Im-
28 perator in §.deinceps. Authent.de nuptiis. collat. 4.
Sanè ex eo consequitur, morte quoque finiri matri-
29 monium: idque siue ciuili, siue naturali: † secundum
Paulum Iurisconsultum in l.1.D.de diuor. quæ vt om-
nis vitæ humanæ, ita matrimonij ipsius terminus est.
30 † dicto §.deinceps. & §.vt nullus. Authent.de hæred.
& Falcid.Cassanæ.in consuet.Burgund.Procem. verb.
quæ mor.par. num.4. Et quoniam vbi noxia est, pœ-
31 na esse debet. † l.sancimus. Cod.de pœn. quam suos
semper auctores tenere, neque egredi delinquentes
32 ipsos oportet: † dicta l.sancimus. vbi Salicetus notat.
iniquissimum profectò fuerit, mariti pœnam in vxo-
33 rem sic redundare: † quam ream sceleris societas non
facit:

facit: dicta l.sancimus. & c.quæsiuit. de his quæ fiunt à maior.part.cap. Quum ne ex contractu quidem alterius quisquam obligetur: † l.penultima.in fin.Cod. 34
ne vxor pro marito. nedum ex maleficio, siue delicto. † l.secunda. §. nullam. D. de Decurion. Ex quo vt ne- 35
mo conditionem suam meliorem facere potest. † l. 36
nemo. D.de regulis iuris. ita nemo alieni delicti odio, aut pœna prægrauari debet. † dicta l.sancimus. & l.si 37
quis. Cod.de inoffic.testam. l.prima.in fine. Cod de falf.monet. l. quicunque. D. de seru. fugitiu. gloss. in l.meminerint. verb. non atterat. Cod.vnde vi. & in l. non est. Cod.de administr.tutor. c. si Episcopum. 16. quæst.6. Quæ verò pœna maior, aut crudelior esse potest, quàm si innocẽs vxor sequi cogatur maritum infamem, & facinorosum: ac præterea errabundum, ac vagabundum: † c.discretionem.§.nam etsi. de eo qui 38
cogn.consang.vxor.qui profectò damnum, quod culpa sentit, sentire non videtur. † l. quod quis. D. de re 39
iudicata. cuius signum est pœna: † vt notat Baldus & 40
gl.in l.prima. D.de iustic.& iur. verb.pœnarum. & in l. testamento. D.de manum.testam. quæ, quò maior est, eò maius plerumque arguit delictum: † c.non afferamus. 41
34.quæstione prim. Bartolus in l.leuia. in principio.D.de accusation. Decius in c.at si clerici.in principio.num.sexto. de iudic.& consilio 65. Socinus 95. 157.Boss.in tractat.crimi. de inquisition. numero centesimo decimoseptimo. Vnusquisque ergo ex suo admisso sorti subiicitur: nec alieni criminis successor 42
† constituitur: vt ait Callistratus in l.crimen.D.de pœnis. Nec sanè obstant eà, quæ suprà in contrariam partem prolata sunt. Nam si quidem matrimonium est perpetua quædam vitæ societas, & communitas inter coniuges: ea tamen morte, quæ terminus est vitæ humanæ, non tantùm dirimitur, verùm etiam prorsus finitur. † dicta l.1. D.de diuort. cum aliis præalleg. 43
Mortem autem intelligo non modò naturalem, sed etiam ciuilem: † quã qui patitur, nõ modò ciuitatẽ, sed 44
& omnia iura pristina, vnà cum bonis amittit: † l.1. vbi 45

Doctores. Cod. de hæred.instit. l.qui cum. §. primo. D.de bon.liber. Iason in l. Gallus. §.& quid si tantum. num. 63. & 74. D.de liberis & posthumis. Cum qua
46 pœna semper cõiuncta est infamia: † cuius causa pro-
47 fectò capitali causæ † æquiparatur. l. iusta. D. de manumiss.vind.l.Iulianus. D.si quis omiss.cau.test.l.cognitionum. D.de var.& extraor.cogn.l.si duabus. vbi Decius & Cagnol. D.de regul.iuris. l.reprehendenda. C. de institut.& substit. Iason in l.actionibus. num.24.D. de in lit.iur. & in l.admonendi.num.278. D.de iureiurando. Quippe quæ, secundum Bartolum, læsæ digni-
48 tatis est status, legibus ac moribus improbatus: † vt notatur in l.1. D.de his qui not.infam.per l.penultimam. D.de var.& extraord.cognit. Quæ quidem semel iure imposita perpetuò durat. glos.& Doctores in l.3. & 4. C.de his qui notan.infam. per l.palàm. D. de ritu nuptiarum. Quum, vt Vlpianus ait, non aboleatur turpi-
49 tudo, quę postea intermissa est.† dicta l.palàm.in principio. quumque, vt Plautus loquitur, hominum immortalis sit infamia: quæ etiam tum viuit, quum eam
50 credis esse mortuam: † adeò, vt ne iudex quidem efficere possit, quo minus reũ alicuius criminis & dam-
51 natum perpetua sequatur infamia. † l.non potuit. D. de furtis. l ordine. D.ad municipal. Quò fit, vt morte
52 quauis ea sit grauior, atque intolerabilior: † Baldus in l.interlocutio.& in l.verbum.C.de his qui not.infam.
53 Siquidem ea eneruat omnem fidem: † adeoque om-
54 nem dignitatem & honorem adimit: † & ab omnibus
55 ciuilibus officiis remouet. † l.2. vbi glos. C.de dignit. lib.12.l.1.C.de infam.lib.10.l.ne quis. C.de decurion. lib.10.l.cùm prætor.§.cùm autem.D.de iudic.l.1.D.ad leg.Iuliam. de vi priu. Bald.in l.1.num.5.C.de summa Trinitate. Sic nec obstat illud, quod dicitur, vxorem sociam esse debere, & participem vtriusque fortunæ mariti, tam aduersæ, quàm prosperæ: ex dicta l.1.& 2. D.de ritu nuptiarum. cum similibus. Nam si delictum est, non infortunium, ea profectò socia, & particeps
56 esse non potest, salua conscientia: † secundum glos.

in d. l. si cum dotem. §. si maritus. D. Solut. matrim. vbi dicitur: quod coniux debeat esse particeps pœnæ infortunij, non autem pœnæ delicti, † ex sententia 57
Bart. & Din. ibid. allegata. Quemadmodùm & Dionysius in suprà citato loco adscribit: lege Romuli mulieres coactas fuisse ad viri arbitrium viuere: † vtpote 58
à quo discedere, & quas à se dimittere non liceret: & vicissim iussos eadem lege viros ita vxores tractare: vt quas dimittere à se nunquam possent. Quod verò postremò loco obiicitur, ex sola adulterij causa permissum esse diuortium: d.c. significasti. & d. c. ex literis. cũ sim. concedo equidem hoc verum esse: sed ita tamen, ne excludantur alia crimina, quæ adulterio non sunt fortassis minora, † aut multò potiùs grauiora. Nam in 59
lege quidem diuina fit mentio πορνείας, id est fornicationis: † quæ vox apud Hebræos omne crimen signi- 60
ficat: quo se abalienat quis ab eo, cui amorem debet, aut caritatem: siue à Deo ipso, quæ fornicationis species Idolatria † dicitur: c. idolatria. 28. q. 1. siue à con- 61
iuge, quæ adulterium † propriè nominatur: siue deni- 62
que à magistratu: † vt quum iniuria fit Reipub. quod 63
accidit in publicis criminibus: in quibus idcircò accusatio est publica, & cuiuis è populo permissa: † §. 1. Inst. 64
de publ. iud. l. palàm. §. 4. D. de rit. nupt. ex quorum numero est quoque peculatus: † cuius delatio, non mi- 65
nùs, ac ipsius adulterij, in commune omnibus defertur: † l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adulter. Itaque Sy- 66
necdoche est in Christi sententia: † in qua species v- 67
surpatur pro genere: vt non solùm intelligatur, adulterio rite fieri diuortium: sed quouis alio crimine: q rationẽ habet adulterij, id est, λόγον πορνείας: vt in Greco textu legitur: hoc est, quod sceleris grauitate vel æquat, vel fortassis superat ipsum adulterium: cuiusmodi est parricidium, veneficiũ, sacrilegium, furtum. Quo modo & Moses olim ob rem turpem permisit diuortium: cuius rei exemplum vnum ponit adulteriũ. Deuter. c. 24. Quam sententiam secuti Impp. Theodosius & Valentinianus, complura crimina, nõ minora,

68 aut leuiora adulterio, recensentes,† propter quæ diuortium permissum sit: sicut (inquiunt) sine iusta causa dissolui matrimonia iusto limite prohibemus: ita aduersa necessitate pressum, vel pressam (quamuis infausto, attamen necessario auxilio) cupimus liberari. si quæ igitur maritum suum adulterum, aut homicidã, aut veneficum, aut certè cõtra imperium Romanum aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum, inuenerit: si sepulcrorum dissolutorem: si sacris ædibus aliquid subtrahentem: si latronem, vel latronum susceptorem, vel abactorem, vel plagiarium: vel ad contemtum sui, domúsue suæ, ipsa inspiciente, cũ impudicis mulieribus (quod maximè etiam castas exasperat) coëuntem: si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem: si verberibus, quę ab ingenuis aliena sunt, afficientem se probauerit: tunc repudij auxilio vti, necessariam ei permittimus libertatem: & causas dissidij legibus comprobare. Quod idẽ ius repudij ex iisdem causis marito quoque concedũt aduersus vxorem: in l. consensu. C. de repud. Et confirmat hoc auctoritate sua Iustinianus Imperator in §. cæteræ verò. Auth. de nupt. coll. 4. & in §. quia verò. & §. causas autem. Auth. vt liceat matri & auię, &c. Nec ad rem facit d. l. sed si alia. & d. §. deportatio. quũ simplicis duntaxat peculatus pœna, iure ciuili, sit depor-
69 tatio: † §. item lex Iulia peculatus. vbi gl. & Dd. Inst. de pub. iud. & l. 3. D. ad leg. Iul. pecul. alias verò, si videlicet iudex, aut magistratus pecuniam publicam, quã administrat, auertit, pœna sit mors, siue capitis condẽ-
70 natio. † l. vnica. C. de crim. peculat. vbi Azo in sum. Ce pol. cons. 40. col. 6. vers. & breuiter. Quanquam & cõtrarium reperitur iure ciuili traditum: quod nimirum
71 deportatione soluatur matrimonium: † l. si quis sic stipuletur. D. Solut. matrim. quippe quæ maxima est capitis diminutio. l. penult. D. de extraord. cog. & l. 4. §. vlt. D. de grad. & affi. quò fit, vt qui deportantur, nec ciues, nec liberi omninò maneãt, iure Quiritiũ: & per cõsequens nec consortes sint matrimonij: quòd soli ciues Roma-

Romani cõtrahũt, & liberi homines: † nõ autẽ peregri 72
ni, vel serui. l. ex facto. §. 3. D. ad Trebel. l. 3. C. de incest.
nupt. §. 1. inst. de nup. Vlp. Inst. c. 5. Cic. in Topic. Itaq;
non nisi iure gentium inter eos manent nuptiæ: † q; 73
in his potissimum spectatur. l. adoptiuus. §. 1. D. de rit.
nupt. quo tamen indignum se facit is, qui contra ius
delinquit: † l. auxilium. in fi. D. de minor. & Auth. na- 74
uigia. verb. inimica. C. de furt. ne iniurię fortasse ex eo
nascantur. † l. meminerunt. C. vnde vi. c. qualiter. de 75
accusat. Sic igitur in hoc casu non iã homo separat cõ-
iuges, sed Deus, † idque per manum magistratus: ex 76
causa iusta, & legitima priùs cognita: c. seculares. & c.
historia. 33. q. 2. c. porrò. de diuort. Neque enim homo
† tunc separat amplius eos, quos pœna damnat: quos 77
reatus accusat: quos maleficium coarctat: vt dicitur in
c. quos Deus. 33. q. 2. Quo modo etiam interpretatur
hoc dictum Origenes in Matthæ. hom. 7. & Tertullia.
in Marc. lib. 4. & Ambros. in Pauli epist. ad Corinth. 1.
c. 7. quos refert & citat Vvesebec. in Paratit. Pand. de
diuort. & repud. num. 11. Sed iam tempus est, vt omissa
prima quæstione ad secundam accedamus: ac porrò
videamus, an desertione soluatur matrimoniũ: † & si 78
dissoluatur, an nubendi potestas alteri coniugi detur,
nec ne? In quo ego sanè distinguendum esse arbitror.
Nam desertio, siue potiùs absentia alia est necessaria,
alia voluntaria. † Vtraq; verò aut legitima, aut illegiti- 79
ma. † gl. in l. fi. D. de restit. in integr. Dd. in §. rursꝰ. Inst. 80
de action. Salic. in l. 2. C. de sponsal. Si igitur necessa-
ria est absentia, eaq; legitima aut probabilis: † veluti si 81
maritus absit Reipub. causa, siue in legatione, siue mi-
litia: minimè tunc locus est diuortio: neque superstite
marito, quantumuis longissimo tempore is absuerit,
vxori datur potestas nubendi alteri: † c. in præsentia. 82
de sponsal. c. dominus. de secund. nup. & Auth. hodiè.
C. de repud. vbi Imp. ait: quantiscunque annis mari-
tus in expeditione manserit, mulierem sustinere eum
debere. Quippe qui in dubio non præsumitur mor-
tuus, † etiam post diligétem inquisitionem factam: se- 83

cundum Panorm. in d.c.in præſentia.n.4. niſi proba-
84 tiones ſint manifeſtæ, & præſumtiones violentæ: † vt
not.Abb.in d.c.in præſentia.& gl.poſt text.in c.quoniam frequenter. §.ſi autem. vt lit. non conteſtata.
Quum homo aliàs viuere præſumatur vſque ad annos
85 cẽtum.† arg.l.fin.C.de ſacroſ.Eccleſ.Idem quoque ferè iuris obtinet, ſi abſentia voluntaria quidem ſit, ſed
86 legitima,aut ſaltem probabilis:†vt quæ fit militiæ,aut mercaturæ,aut ſtudiorum cauſa.Quòd ſi verò aut neceſſaria ſit abſentia, ſed non legitima: vt ſi quis metu pœnæ,ob facinus aliquod,aut crimen admiſſum,ſpõ-
87 tè exulat, aut ſolum vertit: † aut ſi voluntaria ſit, ſed
88 malitioſa fortaſſis, & illegitima: † ita demum ſit locus diuortio,& ſecũdis nuptiis:ſi & iuſtũ ac legitimũ tẽpus
89 vxor expectet: †& inquiſitione facta diligẽti, poſt ternã denunciationẽ, ſiue citationẽ publicã demum auctoritate magiſtrat9 nubat alteri: quãdo nimirũ aliter continere,aut ſine matrimonio viuere nequit.l. vxor. cũ Auth.ſeq.C.de repud.l.2.C.de ſecund.nupt. Tunc enim valet lex illa Theodoſij Imperatoris: quæ abſoluit innocentẽ perſonam:præſertim ſi ob facinus aliquod, aut crimen publicum,quod non multò leuius, aut for-
90 taſſe grauius ſit ipſo adulterio, † diſceſſionem fecerit maritus ab vxore,& liberis: per dictum illud Apoſtoli: Si infidelis diſcedit,ſanè diſcedat:ſiquidem in hoc caſu nõ manet ſeruituti ſubiectus frater,aut ſoror.1.Corinth. 7. Quibus verbis ſignificat, fidelem perſonam deſertam,liberam eſſe à vinculo coniugij: & quoniam libera eſt, alteri nubẽdi poteſtatem ei non detrectari. Quod etſi de religione potiſſimùm,ſeu infidelitate intelligitur:tamen rectè ad genus ipſum,hoc eſt,ad om-
91 nem deſertionem malitioſam accommodatur. † Nam & Paulus Apoſtolus deſertorem eiuſmodi impium ac perfidum multò eſſe deteriorem affirmat ipſo infide-
92 li:†vt eſt in Epiſtola ad Timotheũ 1.c.5.Si quis(inquit) ſuorum, præſertim domeſticorum, curam non habet: is fidem, hoc eſt religionem, abnegat, eſtque infideli deterior. Quod profectò facit is,qui vxorem piam,ac hone-

honestam, domi deserit: à cuius corpore semetipsum, quasi abscindit sponte & voluntate sua: adeoque se malitiosè, ac omnino perfidè ipse spoliat iure corporis sui: quæ res sanè honestæ vxori multò tristior accidere solet: quàm adulterium fortassis mariti ipsius, si adhuc præstò sit, nondum discessione facta: vt meritò ab eo libera, & omninò soluta pronunciari debeat: vsque adeò, vt liber ei quoque sit alterius vsus coniugij:
† l. consensu. vbi glos. in verb. nubendi post annum. & 93
verb. statim ducere. C. de repud. ne scilicet dissolutio illa prioris matrimonij, auctoritate magistratus facta,
sit ei quodammodo captiosa. † l. meminerint. C. vnde 94
vi. l. Paul⁹. D. de prætor. stipul. At verò (inquiet fortasse quispiam) aduersatur huic sententiæ ius non modò ciuile: sed & Canonicum, acimò potiùs diuinum. Nam & Imperator Iustinianus in d. Auth. hodiè. C. de repud. & Auth. vt liceat matri & auiæ. §. quod autem. coll. 8. mulieri necessitatem imponit expectandi mariti, quantiscunque is annis emanserit. † Et Alexander 95
III. Pontifex similiter respondet, quantocunque annorum numero emãserit maritus: non posse vxorem alteri nubere, donec certum de morte eius nuncium acceperit. c. in presentia. de sponsal. cum quo concordat c. dominus. de secund. nupt. Itaque tantum abest, vt alteri nubere deserta vxor possit: vt marito etiam adultero culpam condonare, & cum eo reconciliari: adeoque, secundum Augustinum, in vita, & morte eum
sequi debeat. † c. vnaquæque. vbi gl. 13. q. 2. c. 1. cum se- 96
quent. 5. cap. 32. q. 7. c. quos Deus. 33. q. 2. c. 1. iunct. gl. de coniug. lepros. c. 2. in fin. verb. semper tamen coniuges erunt. de diuort. Et not. Canonistæ in c. perlatum. Qui fil. sint legit. Qui ad probandam sententiam suam allegant Apostoli dictum 1. Corinth. 7. Vxor (inquit) à viro ne discedito: sin discesserit, innupta maneto, aut viro reconciliator. Deinde Christi illud oraculum, quod extat apud Matthæum c. 5. & c. 19. Qui vxorem stupri, aut adulterij causa repudiatam duxerit: reus sit adulterij. Neque enim substantialia (vt ipsi loquun-

tur) matrimonij tunc sublata esse videntur: quandiu ambo viuunt coniuges: sed ita demum, si alter coniu-
97 gũ mortuꝰ fuerit.† c. licitæ. 32. q. 2. Quos enim † Deus
98 coniunxit, homo ne separet. c. quos Deus. ead. q. & gl. in d. c. vnaquæq;. Panorm. in c. de illis. de spõsal. Cyn. in l. libertæ. c. de oper. libertor. Bart. in l. Mæuia. §. fin. D. de ann. lega. Quò fit, vt si absente marito intereà vxor cum altero contraxit nuptias: reuersò eo, secundæ soluantur nuptiæ: adeò vt relicto marito secundo, ad
99 primum redire vxor cogatur. † c. dominus. de secund. nupt. licet filij ex secundo matrimonio procreati, ni-
100 hilominus sint legitimi. † c. perlatum. Qui fil. sint legit. Sed meo quidem iudicio facilis est harum obiectionum dissolutio: si distinctio priùs tradita retineatur. Nam leges Imperatoriæ, vt & Canonicæ, quarum suprà facta est mentio, loquuntur de legitima & probabili absentia: siue ea sit necessaria, siue voluntaria:
101 qua nõ soluitur matrimoniũ:† quãdiu certũ est superesse virũ absentẽ: ac imò potiùs, quãdiu incertũ est, eũ mortuũ esse: per iura suprà allegata. Qua de re tamen in iure ciuili variè admodũ, & inconstanter traditũ est. Nã secundũ ius vetus, captiuitate dirimitur matrimo-
102 niũ, † vt & seruitute. † l. 1. D. de diuort. l. si ab hostib. l. si
103 quis. D. Solut. matrim. l. in bello. §. medio. D. de capt. & postl. nec pòstliminio deinde magis, q̃ nouo consensu
104 redintegratur: † l. quũ duæ. in fin. D. eod. tit. At lege Iustiniani matrimonium captiuitate nõ soluitur statim:
105 † & qui quæ'ue mansit in ciuitate, connubiũ nõ habet, id est, ius secundi matrimonij: quandiu certum est superesse captiuum: nisi mulier dote, vir donatione ꝑ-
106 pter nuptias, mulctari cupiat.† Quòd si incertum hoc sit: satis est eũ expectari quinquennio: post quinquẽ-
107 nium † secundæ nuptiæ impunitæ sunt, quasi bona gratia solutis primis nuptiis: vt Cuiac. not. per §. sed etiam. Auth. de nupt. coll. 4. Cui astipulatur Iulianus. in l. vxoris. D. de diuort. vbi glos. scribit, inæqualitatem fortunæ, & conditionis impedire eiusmodi nuptias.
108 † per d. Auth. de nupt. §. sed etiam. coll. 4. & l. in bello. §. me-

§.medio.D. de capt.& postl.reu. Sed & legi posteà Iustiniani derogauit Leo Imperator in Nou. 33. qui disertè connubio interdixit vxori, quæ in ciuitate mansit, marito hostium potito: donec certum de morte eius nuncium acceperit. Nam & solui secūdas nuptias
†scribit reuerso captiuo: & lege Iulia de adulteriis† ac- 109
cusari posse eam, quæ interim nupsit alteri: nec suffi- 110
cere pœnas iniusti diuortij. Sic idem ius vult seruari de captiuis: qđ de militibus, qui in expeditione sunt, constitutum est: vt nec si diu expectarit, nubat antè mulier, quàm certior ea facta fuerit de morte mariti:
† qua cōperta, vno adhuc vacet anno. Quæ secùs nu- 111
bat, rea sit adulterij. §. quod autem. Auth. vt liceat matri & auiæ. coll. 8. & §. hodie. C. de repud. Quanquam ante eum Constantinus Imp. rescripsit: vt quadriennio integro, si nullum à marito, qui in militia agit, nūcium vxor acceperit, publicè contestatione habita, & nunciata duci, sub quo is militat, impunè nubat alte-
ri.† l. vxor. C. de repud. Pro quo tamen posteà decen- 112
nium fuit præstitutum. † §. nouimus. Auth. de nupt. ꝙ 113
etiam iure Canonico deinceps constitutum fuisse apparet ex c. perlatum. vbi gl. Qui fil. sint legit. Et quanquam Canonistæ sine vlla distinctione pronūciant, vxorē non posse nubere alteri: quādiu incerta est mors
ipsius mariti:† etiam si malitiosa sit desertio. in d. c. p- 114
latum: tamen contrariū ibidem gl. affirmat: cui suffragatur passim in curiis Ecclesiasticis recepta consuetudo: in quibus processus fit contra malitiosum deser-
torem:† eadem ferè solennitate, pro arbitrio iudicis, 115
obseruata, de qua suprà dictū est. Cæterùm quod Canonistę obiiciūt Christi dictū apud Matthæū c. 5. & 19. nullius momēti est: quia disertè eo in loco excipitur caussa adulterij: propter ꝙ à lege viri soluitur vxor: qui tunc amplius vir nō est, sed & ciuiliter ob adulterium
† mortuus est. Quo modo etiā accipiendū esse puto 116
textū apud Apostolū 1. Corin. 7. q non loquitur de legitimis diuortiis, sed de iniusta cōiugum discessione:
† quam Corinthij homines alioquin leues & luxurio- 117

si plerunq; sine causa faciebãt, ob rixas, ant simultates domesticas: quarũ cõpositioni potiùs cõiuges studere quàm repudium, aut diuortiũ facere oporteat: vt not. Vvesebec. in Paratit. D. de diuort. & repud. nu. 11. Postremò quod dicitur, secundas solui nuptias, priore reuerso marito:
118 † ex d.c. dominus. de secund. nupt. hoc ita demùm verum esse concedo: si vxor secundas contraxit nuptias sine auctoritate magistratus:
119 † aliàs verò secùs. d. c. dominus. Quanquam si magistratus officio fungeretur suo, in puniendis huiusmodi maleficiis: nullus fortassis locus eiuscemodi foret querelæ: siquidem pœnas ob delicta solui magna suadet ratio:
120 † quum Reipub. expediat, ne crimina maneãt impunita:
121 † l. si à reo. §. fin. D. de fideiuss. l. bona fides. D. Depositi. l. capitaliũ. §. famosas. D. de pœn. Quæ quũ ita se habeant, vt hactenus dictum est: facilè intelligitur, quid iuris sit in hac controuersia: in qua concurrunt duo impedimenta: nimirum crimen publicum & malitiosa desertio: quæ ambo coniuncta plus impediunt,
122 † quàm vnum. arg. l. discretis. C. qui testa. fac. pos. & §. 1. Authent. de consang. & vter. fratr. coll. 6. ac proinde soluto ita matrimonio primo, per sententiã iudicis declaratoriam, locum faciunt secundo:
123 † arg. c. cum secundum. de hæred. lib. 6. quod si ritè fuerit cõtractum, cum auctoritate magistratus: non amplius hoc rescinditur, etiam reuerso posteà marito priori.
124 † cõtra d.c. dominus. de secund. nupt. quoniã res abominabilis est coram Deo vaga eiusmodi libidinum confusio, atq; commixtio:
125 † vt rectè scribit Hemming. in Enchirid. class. 4. tit. de coniug. Quæ sententia in curiis passim Ecclesiasticis, siue cõsistoriis recepta est: vt apparet ex formula hac, in casu desertionis olim à Iudicibus Saxonicis lata: quam hoc loco adscribere non pigebit.

Vrtheil.

IN Ehesachen Frawẽ Margaretha klägerin an einem / vnd jhres Ehemannes beklagten anders

theils

theils/berichten wir/vnnd erkennen für recht: Wiewol wir in den geschriebenen rechten keinen gewissen text oder grund haben/ das einem verlassenen weibe/ die annder Ehe/ bey leben jhres Ehmannes zuerlauben sey/ So wird doch vermög vnd auß grund der heiligen Göttlichen schrifft/ vnd derselben lehrer/ an orten vnd enden des geprediglen Euangelij/ in beiden fällen/ als des Ehebruchs/ vnd der desertion/ dem vnschuldigen theil/ auff vorgehende scheidunnge der Christlichen Kirchen/ dasselb bißweilen gestattet/ vnd nachgelassen. Jedoch auff vorgehenden solchem proceß/ das die verlassene person jhre sach vnnd notturft bey den verordneten Pfarrern vnd Superintendenten/ vnd wer deßhalben weiter beuelch hat/ ordenlich fürtrage/ darauß als dann dieselben jhn/ den abwesenden/ an denen örtern/ da er hochzeit gehalten/ wohnung/ vnd sonst freundschafft hatt/ vnd vermutlich sich auffzuhalten pfleget/ von der Cantzel/ vnd sonsten durch offenliche edict treymahl mitt ernennung eines geraumen vnd gewissen tags/ sich seiner abwesenheit halben auff vorgehende klag mundlich oder schrifftlich zuuerantworten/ vnd andere rechtliche notturfft dargegen fürzubringen/ endlich vnd peremtorie citirn/ vnd vorbescheiden sollen. So er als dan nicht erscheinet/ sonndern vngehorsamlich darüber außbleibt/ auch kein entschuldigung durch andere fürbringen lasset/ vnd die verlassene person keines bösen gemuts ist/ bevorauß/ das sie zur desertion kein vrsach geben/ so wird er als ein mutwilliger desertor/ vnd verlasser seines Ehweibs/ oder auch als ein Ehbrecher billich erkant/ vnd erkläret/ vnd wird sie die klägerin der ehe halb/ vermög der heiligen Schrifft/ von im aller ding frey vnd ledig gesprochen/ mit erlaubnuß/ wo sie/ ohne gefahr jhrer Ehren vnd gewissen/ ausser dem Ehstand nicht länger bleiben möge/ sich jhrer gelegenheit nach mitt einem andern zuuerehelichen. D. R. W.

De Matrimonio inter fidelem & infidelem contracto.

QVAESTIO X.

QVVM in libera imperij ciuitate, in qua vtriusque religionis liberum est exercitium, vidua quædam honesta & locuples nupsisset adolescenti cuipiam, honesto quidem, sed pauperi: & in matrimonio liberos ex eo aliquot suscepisset: fortunæ, vt fit, elatus prosperæ successu, maritus tandem exorbitat: & non modò à fide & religione sincera ipse deficit: sed & vxorem, liberosque ad fidei, & religionis suę professionem, quouis iure, & quauis iniuria omninò cogit: eamque ob causam malè admodum, & indignè vxorem repugnantem tractat. Quæstio est, an eiusmodi matrimonium ob religionis dis-
1 paritatem, & vim illatã dirimi possit, aut debeat? † Respondeo, non ita simpliciter, aut absolutè dirimi posse, aut debere eiusmodi cõiugium: sed ita demum fortassis, si aut vis sit manifesta, aut impietas pertinax, & omninò intolerabilis: maximè autẽ, si à marito impio, atq; infideli primùm sit facta discessio. Quanquam .n. amicitia omniũ diuinarũ, atq; humanarũ rerum cum
2 beneuolentia, & caritate summa est consensio: † vt M. Tull. Cicero scribit in Lælio: nulla autẽ maior est ami-
3 citia, quàm ipsorũ cõiugum: † vt meritò inter eos om-
4 niũ rerum diuinarum, & humanarũ † summa esse debeat consensio, & cõmunitas: quemadmodum Modestinus rectè definit matrimoniũ omnis diuini & huma
5 ni iuris cõmunicationem: † l. 1. D. de rit. nupt. quod Accursius interpretat9, si minùs appositè ex mẽte & sentẽtia Iurisconsulti, at consentaneè veritati, ex nostri tẽporis instituto, ac morib. virũ & vxorẽ eiusdem iuris participẽ esse debere indicat: idq; tam diuini, id est, eiusdem
6 religionis. † arg. l. ne quis. C. de Iudæ. & cœlic. & c. caue. cum c. seq. & tot. tit. 28. q. 1. quàm humani iuris, id
7 est, eiusdẽ fori: † l. exigere. D. de iudic. l. si quędam. D. de iuris-

iurifdictio.om. iud Tamen longè tutius eft,in eo feq. regulā Pauli Apoftoli:q eiufmodi coniugiū cū infideli contractū omninò fanctū,ratumq; pronūciat: † Si quę 8
mulier(inquit)virū habet infidelē:qui tamen libenter cū ea habitat:eum ne repudiato.Sanctus enim fit † vir 9
infidelis p vxorē:itemq; fancta fit vxor infidelis per virū: alioquin liberis quoq; ipfis impuris deinceps futu ris:q nunc fancti funt:vt eft text. in Epift.1.ad Corint. c.7.Quo dicto monet Apoftolus, minimè pollui coniugis fidelis confcientiā, alterius cōiugis infidelitate: quū mundis omnia fint mūda: eamq; ob caufam inter eos cōiugiū rectè cōftare poffe: adeò vt bona fpes fit, fi cōcordes vnà viuāt,poffe eodē pacto infidelē,alteri9 fidelis confuetudine fancta,& doctrinæ fanę cōmunicatione,aliquādo conuerti:& à via falfitatis in viā redire veritatis. Quod ex fequentibus verbis manifeftum eft:Nā quomodo (inquit Apoftolus)mulier fcit, an ea virū feruatura fit? aut quomodo fcit vir, an vxorē ipfe fit feruaturus?c.iam nunc.28. q.1. Itaq; quādiu manet vir infidelis cū vxore fideli:† tādiu locus effe nō poteft 10
diuortio,aut repudio: quatenus ea fcilicet, bona cum cōfciētia,& falua religione, cū eo viuere poteft. Quomodo Monima,Auguftini mater, † cū marito Ethnicò 11
vixit,quantūuis morofo,ac difficili.Quòd fi verò coniux infidelis,religionis odio, priùs difceffionē fecerit:
† tūc matrimoniū,licet anteà ratū fuerit, planè diffol- 12
uitur: modò cōftet,eū animū reuertēdi depofuiffe:& hoc modo perpetuā illā, ac indiuiduā vitæ cōfuetudinē,adeoq; vinculū obligationis illius cōiugalis, penit9 abrupiffe.Sic.n.Apoftol9 in loco citato:Si(inqt)diuortiū facit infidelis:fanè facito.neq;.n. tūc in huiufmodi re obnoxi9,aut feru9 manet alter cōiux quoniā ad pacē nos vocauit De9. Quib.verbis Apoftol9 nō qdē ius facit dirimēdi matrimonij, ob infidelitatē alteri9 cōiugis:fed hoc tātùm dicit,nullā ampli9obligationē matrimonij effe inter eos cōiuges: † quorū alter,ob fidei, & 13
religionis diuerfitatē,difcefferit:vt culpa oīs defertionis tūc refidere debeat penes infidelē defertorē: qui fi

cum altera coniuge consuescat, reus fit adulterij: nē-
14 dum legitimè diuertat.† Et quoniam, odio religionis, membrum Christi repudiat: dignissimus esse videtur, à quo is vicissim repudietur. Quum diuersum sit in v-
15 xore: quam luere culpam desertoris mariti, † si ea innocens sit, sanè iniquum foret; ac iniustum: à quo idcirco vt libera est, & soluta: ita nouas nuptias quæren-
16 di licentiam habet: † modò ea, secundum Apostolum, in Domino nubat: prȩsertim quum & causȩ cognitio, & magistratus auctoritas, adeoque omnis mariti tam Deo, quàm sibi reconciliandi, præcesserit ratio legitima. Quod idem quoque locum habere videtur in eo, qui ab vxore quidem non facit discessionem: verùm
17 aut vitæ eius insidias struit.† aut cum ea, tanquam leo, omni deposita humanitate, & pietate coniugali, habi-
18 tat: † in quam perpetuò sæuit verbis, ac verberibus: aut deniquȩ omnibus modis eam in societatem sui
19 erroris pertrahere, & à Deo auertere conatur: † quo & ipso casu desertor is habendus est. Quoniam, vt Apostolus ibidem loquitur, ad pacem nos vocauit Deus: quasi coniugium non sit, si in eo non tranquillè, vt de-
20 cet, & pacatè viuatur. † quod fieri non potest, si inuiti hoc modo, & repugnantes coniuges vnà degant: præsertim si in religione tam malè inter eos conueniat. Nam quæ sancta cuiquam esse potest societas cum
21 hæretico, † aut eo, qui fidei & religionis eiusdem cōsors non est? Quandoquidem verum est illud, quod Alexandrum Magnum monuisse perhibetur Aristote-
22 les: † nemini fidem adhibendam esse, qui diuersam ab eo religionem profiteatur: cuius profectò consensio, aut dissensio quantum valeat ad amicitias vel consti-
23 tuendas, vel dirimendas: † magno suo malo, & dedecore ȩtas hæc nostra experitur: qua vnà cum fide Christiana, ciuilis quoque fides propemodum omnis extincta esse videtur. Itaque meritò tunc locum habet
24 lex illa Theodosiana: † qua ob eiusmodi impietatem, & crudelitatem, diuortium conceditur: si absque fidei, & conscientiæ, adeoque vitæ ipsius periculo vnà

diutius

diutius viuere nequeant: l. consensu. C. de repud. §. causas autem. Auth. 117. vt liceat matri & auiæ. coll. 8. Licet Canones in hoc casu matrimonium duntaxat separent, quò ad torum, & mensam, † vt vocant: no- 25
mine magis, quàm re concedentes diuortium: sine spe scilicet alterius coniugij: & vtrique coniugi fomitem ita peccati, & laqueum conscientiæ perpetuum subiicientes: c. 2. c. quanto. c. de illa. de diuort. c. 2. de coniug. lepros. & c. fin. de conuers. coniug. c. si infidelis. & tot. cau. 28. q. 2. c. 4. 32. q. 1. c. si vxorem. 32. q. 5. c. 1. 32. q. 7. Et not. Bart. in l. rerum. n. 1. D. Rer. amota. Vvesebec. in Paratit. D. de rit. nupt. n. 8. & de diuort. num. 11. Nam impietas, & defectio eiusmodi à Deo, quæ ἀποστασία Græcè dicitur, † verè est adulterij quoddam 26
genus, † vt Augustinus loquitur: sicut & in sacris lite- 27
ris passim idolatria appellatur adulterium. † Qua ra- 28
tione Iustinianus Imperator quoque eiusmodi coniugium, quod inter eos, qui non sunt eiusdem religionis, contractum est, vicem adulterij † obtinere scribit 29
in l. ne quis. C. de Iudæ. & cœlic. Cum qua consentit lex diuina: † quæ simpliciter occidi mandat eum, qui 30
à Deo desertionem suaserit: etiam si coniux fuerit, aut alius quispiam sanguine, & cognatione coniunctus: vt est text. in Deuter. c. 13. Quò etiam illud pertinet, qđ si absque peccato, & scandalo, constare non possit matrimonium: † iure ipso dissoluatur, secundum notat. 31
in c. vxor. 29. q. 1. per Innocent. in c. 2. de diuort. & not. Io. Andr. in c. de illa. eod. tit. & c. idolatria. 29. q. 1. & c. omnes. 22. q. 7. Quamobrem (ne longiùs faciam) ita concludo, & ita iudico: aut imperio magistratus coërcendam esse eiusmodi impietatem, & violentiam iniustam mariti apostatæ, cuius nomen sacrilegum † vo- 32
cant Impp. Theod. & Valent. in l. apostatarum. C. de apostat. qui ex officio necessitatem ei hanc imponat: vt liberam in libera Repub. religionem vxori & liberis relinquat: aut si aliter omninò fieri nequeat, diuortiũ tunc inter eos, auctoritate magistratus, faciẽdum esse: quo & vitæ, & conscientiæ tam suæ, quàm liberorum

suorum, vxor afflicta meliùs consulat. Siquidem duo hîc concurrunt matrimonij impedimenta: nimirum impietas, & violentia: quę idcirco coniuncta magis im
33 pediunt: † sicut aliâs duo vincula arctiùs ligant vno:
34 † arg. §. sed hodie. Inst. de adoptio. & Authen. itaque. Commun. de successio. cum sim. *Et quæ non prosunt*
35 *singula, multa iuuãt*: † arg. l. sancimus. C. de testam. l. instrumenta. l. rationes. l. non epistolis. & l. non nudis. C. de probatio. & l. 2. §. ætas. D. de excusat. tut. l. ob carmen. §. si testes. D. de testi. Fac. c. illud. vbi glos. de præsumptio. & c. cũ causa. de probatio. & c. per tuas. eod. tit. & c. transmissæ. Qui fil. sint legit. cum sim.

CONSVLTAT. LIB. I. FINIS.

METHO-

METHODVS DE MATRIMONIO, SIVE NVPTIIS.

Ad disputandum proposita in Academia Argentoratensi,

A

NICOLAO REVSNERO I.V. Docto-re, & Antecessore.

THESIS I.

PRAECLARE diuinus ille Plato (lib. de Legib. 4.) in vnaquaq; Republica leges de nuptiis, siue matrimoniis in primis constituendas esse monet: quæ sunt fons quasi & seminarium quoddam totius societatis ciuilis.

II.

Sed de his haud scio, an vllæ extent humanę leges honestiores, atque sanctiores, quàm leges illæ ciuiles Romanę: auctore Dionysio: de quibus in præsens tempus disputatio instituta est.

III.

Primùm autem de nuptiis in genere; deinde de iustis nuptiis, & quomodo hæ, & inter quos contrahantur, & quomodo rursus dissoluantur, considerandum esse arbitror.

IIII.

Ονομασία, siue appellatio nominis. Quo in loco ante omnia, quod ad nominis appellationem attinet, ſciendum eſt illud; nuptias & matrimonium in iure ferè promiſcuè vſurpari: ꝓpriè tamē inter ſe hæc duo differre.

V.

Διάκρισις, siue Distinctio. Propriè enim loquendo matrimonium inter virum & vxorem conuentio eſt: vel potius maris & fœminæ coniunctio: quod conſenſu contractum intelligitur.

VI.

Ετυμον, siue Notatio nominis, Sic dictum nimirum, vt & matrona, id eſt ea, quæ matrimonio iuncta eſt, auctore Gellio, à matris nomine non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi: ex quo etiam materfamiliás appellata eſt.

VII.

Nuptiæ verò ſunt ritus ille, & ſolēnitas, quæ pro cuiuſque gentis inſtitutis, matrimonij confirmandi cauſa, publicè adhibetur: veluti in mariti domum deductio, teſte Scæuola.

VIII.

Ex quo etiam nuptiæ ſic nominatæ ſunt à veteri illo more, ac ritu; quo ſponſa obnupta, id eſt, velamine operta luteo, vt Plinius ſcribit, ſeu, vt Cælius vult apud Feſtum, flamineo obuoluta, in mariti domum deducebatur.

IX.

Et ideò paſsim in legibus nuptiæ vocantur primus ille dies matrimonij, ſacris ceremoniíſque nuptialibus celebris, ac feſtiuus.

Eſt

X.

Eſt & alia vox Connubium, ab eadem manans origine: quod, vt Seruius vult, ius eſt legitimi matrimonij: ſeu, vt Vlpianus, vxoris ducendæ facultas.

XI.

Poteſtate hoc modo, & vi vocabuli ipſius cognita; quid ſint nuptiæ, & quid matrimoniũ, videndum eſt.

XII.

Nuptiæ autem, ſiue matrimonium (ait Imperator Iuſtinianus) eſt viri ac mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinẽ continẽs. *Ὁρισμὸς, ſiue Definitio.*

XIII.

Cum qua deſcriptione congruit altera illa Modeſtini: Nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ: conſortium omnis vitæ: diuini & humani iuris communicatio.

XIIII.

Quæ ſanè vtraq; definitio genere conſtans, & proprietate, communiúmue frequentia; ex quibus, proprium quid ſit, eluceat: non ſolùm rei ipſius naturam, & ſubſtãtiam, verùm etiam cauſas eius præcipuas complectitur: vnde & quid ſit, & cur res ſit, meliùs intelligatur: quæ duo eadem, & coniuncta eſſe docet ſummus Philoſophus Ariſtoteles.

XV.

Ait Imp. CONIVNCTIO: quę vox generis loco poſita, non tam corporũ commixtionem, quàm animorum conſenſionem mutuam denotat. *Genus.*

XVI.

Differentia. Addit loco differentiæ, VIRI ET MVLIERIS: ſicut & Modeſtinus, maris & fœminæ: vnius ſcilicet in ſuo genere, non autem complurium: quod ad materiam eius pertinet.

XVII.

Proprium. Proprium autem ſequẽtia verba declarant: INDIVIDVAM VITAE CONSVETVDINEM CONTINENS: quibus verbis, partim forma, partim finis & effectus ipſius matrimonij demonſtratur.

XVIII.

Forma enim cõiunctionis in eo exprimitur: quum indiuidua, hoc eſt, nõ promiſcua ſolùm, & communis, verùm etiam perpetua, & nõ niſi morte terminanda, ſocietas deſcribitur: quo ipſo ab omni alia ſocietate ciuili, quę ad tempus contrahitur, plurimum differre videtur.

XIX.

Finis verò, vt & effectus, in eo oſtẽditur: quũ vitæ conſuetudo, perinde vt & à Modeſt. CONSORTIVM OMNIS VITAE, nominatur.

XX.

Accidens. Sed hic matrimonij finis effectuſque adhuc magis declaratur: quum accidentis loco adiicitur ab eodem Modeſtino, DIVINI ET HVMANI IVRIS COMMVNICATIO: id eſt, nõ modò eorundem ſacrorum priuatorum, & domeſticorum, vt Vlpianus voluit: ſiue, vt Accurſius, eiuſdem religionis: verùm etiam fori eiuſdem, & domicilij participatio.

Quo

XXI.

Quo modo & à Gordiano Imp. vxor socia rei humanæ, atque diuinæ domus appellatur.

XXII.

Post definitionem iusto ordine sequitur diuisio: qua matrimonium, non quidem propriè, sed per abusionem verbi aliud iustum, aliud iniustum esse dicitur: perinde vt & vxor alia iusta, alia iniusta, quam Macer vxorem contra leges nuptam vocat, ab Vlpiano nominatur. *Διαίρεσις, siue Diuisio.*

XXIII.

Quorum illud fit secundũ leges, ac propriè matrimonium dicitur: quod nomen ciuile est, ac legitimum, auctore Tullio in Topicis.

XXIIII.

Hoc autem contra leges fit, & pro matrimonio non habetur: quoniam ea, quę iniusta sunt, perinde ac si non essent, habentur.

XXV.

Est & aliud Publicum, aliud Clandestinum.

XXVI.

Illud palàm & testatò contractum, semper iustum censetur matrimonium coram Deo, & hominibus.

XXVII.

Hoc remotis arbitris clã & furtim contractũ; quoniam de fide eius, & veritate plerunq; dubitatur; coram Deo quidem, tanq̃ rerum omnium cõscio, semper est matrimonium: at verò coram hominibus, si istud fortasis ab alterutra parte negetur, ob defectum probationis, vtro-

que in foro, tam ciuili, quàm Ecclesiastico, iustum non perhibetur matrimonium.

XXVIII.

Apud Romanos quidem tria olim, vt vxorũ, ita matrimoniorum genera erant: quæ vel vsu, vel coemptione, vel farre contrahebãtur: vt testatur M. Cic. in Topic. & A. Gell. lib. 18. cap. 6.

XXIX.

Apud nos verò hodie non nisi vnum & simplex matrimonij genus: modò sit illud iustum, ac legitimum, id est, secundum legum præcepta contractum.

XXX.

Causa, siue αἰτία.

Porrò vt melius intelligatur, quid sit iustum matrimonium, & quæ nuptiæ iustæ sint: quod alterum huiusce disputationis caput est: operæ precium fuerit, causas singillatim omnes ordine cognoscere.

XXXI.

Causa conficiens Prima & Remota, siue Vniuersalis.

Quod igitur ad originem ipsius matrimonij attinet: in qua causa eius conficiẽs prima, ac remota cernitur: rectè ea ad Deum Opt. Max. refertur: qui omnis boni causa est in natura, vt Plato dixit.

XXXII.

Causa Primitiua, siue προκαταρκτική.

Nam & à Deo ipso ingeneratus est naturâ communis omnium animantiũ appetitus coniunctionis illius, quæ fit procreandi causâ: ex quo matrimonium rectè ab Vlpiano, iuris naturalis esse dicitur: qd[r] causæ cuiusdam primitiuæ, vt Dialectici vocãt, rationẽ habere videtur.

Et

XXXIII.

Et ab eodem Deo ius connubiorum in Paradiso primitùs institutum; ac certis quibusdam legibus definitum est: quod ex sacra Mosis constat historia: vnde in Canone Deus auctor, & custos, & Præsul coniugij nominatur.

XXXIIII.

Propinqua verò causa est consensus: hoc est, mutua affectio eorum, qui contrahunt, vt Imperator Iustinianus loquitur, Nouel. 22. *Causa conficiēs Propinqua, καθ' αὐτό.*

XXXV.

Semper enim consensu nudo contractum intelligitur matrimonium, secundum Scæuolam: id est, absq; interuentu rei alicuius, vel concubitus, vel ritus, vel ceremoniæ, vel arræ, vel scripturæ, vel deniq; rei cuiuspiam alterius.

XXXVI.

Nam & sine concubitu aliquando contrahi dicitur matrimonium, dicta Nouel. 22.

XXXVII.

Quoniam, auctore Vlpiano, nuptias facit consensus, non concubitus.

XXXVIII.

Quam ob causam concubinatus, in quo conuentio & affectio maritalis deest, pro matrimonio haberi non solet: sicut nec concubina ipsa matris familiâs honestatem habere dicitur, auctore Marcello.

XXXIX.

Et si pompa, aut festiuitas, aliáue nuptiarum celebritas omittatur: nihilominus firmū cense-

ſetur matrimoniũ: ex reſcripto Theodoſij Imp.

XL.

Quemadmodum & omiſſa ſcriptura, aut dotis inſtrumentis non interpoſitis, iure contractum matrimonium, minimè fit irritum.

XLI.

Quod etiam in ſponſalibus ita obtinet: in quibus nihil intereſt, vtrum teſtatio interponatur, an ſine ſcriptura fiat eiuſmodi ſponſio; auctore Paulo.

XLII.

Neque enim tabulæ, vt Papinianus ſcribit, faciunt matrimonium.

XLIII.

Multoq; minus annuli ſubarratio, vel arræ datio: quoniam arræ vſus multiplex eſſe ſolet.

XLIIII.

Neque ſolennis illa vxoris in domum mariti, quaſi in domicilium matrimonij, deductio, vt nec ipſa nuptiarũ feſtiuitas, ad perfectionem ipſius matrimonij aliud quicquam confert, niſi quòd ex ea fortaſſe præſumitur, conditionem nubendi iam impletam eſſe: ex ſententia Pomponij, & Vlpiani.

XLV.

Sed nec conſecratio ipſa, aliáue ceremonia ad contractum matrimonij vſq; adeò neceſſaria eſſe videtur iure ciuili.

XLVI.

Quamuis iure Pontificio rectè conſtitutum eſt: vt nuptiis confirmandis ſemper adhibea-

tur

tur sacerdotis benedictio, cum oblatione sacra, & precibus.

XLVII.

Quod Leonis Imperatoris constitutione etiam hoc modo cautum est: ne, si aliter contracta matrimonia sint, pro iustis censeri vllo modo debeant. Nou. 89.

XLVIII.

Qua ratione etiá publica illa matrimoniorũ renunciatio, quæ nuptias antecedit, ex veteri Christianorum ritu, ac more, cuius mẽtionem facit Tertullianus, ab Innocentio Pontifice instituta: rectè in Ecclesia retinetur: vt solenni ita iuris ordine, quod de adoptione aliàs traditum est, ipsum quoque perficiatur matrimonium.

XLIX.

Præsertim quum etiam apud profanos homines, & gentiles, sacrorum aliquam ceremoniam in matrimoniis ritè confirmandis adhiberi solitam fuisse constet: cuius generis sunt aquæ & ignis interuentus, & confarreatio: quæ & ipsa Pontificum fuit propria, auctore Gellio.

L.

Quod sanè fieri hoc modo, non solùm ipsarum personarum contrahentium, sed & familiarum, adeoque ipsius Reipublicæ interest: ne furtiuæ & clandestinæ celebrẽtur nuptiæ, quæ omni iure prohibitæ, ac damnatæ sunt.

LI.

Ex quibus perspicuũ est: solennem hunc nuptiarum ritum, ceremoniamque, causam per *Causæ p accidens, καὶ συναίτια.*

accidens eſſe ipſius matrimonij: vel potius adiuuantem & ſociam: ſine qua ritè ac ſolenniter non videtur contractum eſſe matrimonium.

LII.

Atq; hoc eſt, quod Caius ſcribit: nuptias non eſſe legitimas: niſi Roman⁹ Romanam nuptiis interuenientibus vxorem duxerit: id eſt, niſi, vt Imp. loquitur, nuptiarum acceſſerit feſtiuitas.

LIII.

Enimuerò conficiens cauſa abſóluta & perfecta: quæ per ſe, & vt Plato vocat, reipſa cauſa eſt ipſius matrimonij, vt ſuprà dictum eſt: mutuus eſt conſenſus eorum, qui contrahunt.

LIIII.

Neque enim filiumfamiliâs inuitum ad vxorem ducẽdam cogi, legum diſciplina permittit.

LV.

Neque liberam contrahendi matrimonij facultatem vllo modo ad neceſsitatem transferri oportet, ex reſcript. Dioclet. & Maximin. Impp.

LVI.

Ac proinde, vt ſponſalia, ſic nuptiæ ſolo conſenſu fiunt contrahentium.

LVII.

Cauſa antecedens, ſiue προηγουμένη. Semper enim nuptias antecedunt ſponſalia: quæ, ſecundum Florentinum, ſunt mentio ac repromiſsio nuptiarum futurarum: ad quæ cõſtituenda, vt ait Vlp. nudus conſenſus ſufficit.

LVIII.

Et ideò ſicut nuptiis, ita ſponſalibus filiumfamiliâs conſentire oportet.

Nam

LIX.

Nam filiofamiliâs dissentiente (ait Paulus) sponsalia nomine eius fieri non possunt.

LX.

Quãquàm patris voluntati si non repugnet, consentire intelligitur, teste Vlpiano.

LXI.

Et si patre cogente filiusfamiliâs ducat vxorem: quam non duceret, si sui arbitrij esset: contraxit tamen matrimonium: quod inter inuitos non contrahitur: quippe maluisse hoc cum videri respondit Celsus.

LXII.

Sed hunc tamen consensum liberum ac plenum esse præstat: id est, sine metu vel errore, & sine vlla vi, aut perturbatione animi contractũ.

LXIII.

Neque enim locum vllum consensus habet, vbi vis aut metus intercedit: quoniam, secundum Vlpianum, nihil tam consensui contrarium est, quàm vis, & metus: quem comprobare contra bonos mores est. *Qualis esse cõsensus debeat.*

LXIIII.

Quò fit, vt si matrimonium per vim ac metũ contractum sit, ipso iure sit nullum.

LXV.

Adeò vt rescindi istud non sit opus edicto Prætoris: quo aliâs, per vim aut metũ facta quę sunt, infirmari solent, vt notat Accursius.

LXVI.

Æquè ac matrimonia, vinculo pœnæ, aut re-

ligione iurisiurandi obstricta à parentibus, libe rorum nomine, rata haberi non solent, ex rescri pto D. Alexandri Imp.

LXVII.

Quo casu liberum est filiofamiliâs parentũ negligere conuẽtionẽm, & pactas eiusmodi nuptias repudiare, secundum Paulum.

LXVIII.

Cæterùm vt metus impediat, aut vitiet matrimonium: oportet eum iustum esse, & omninò talem, qui in virum constantem cadat.

LXIX.

Neque enim vani metus iusta excusatio est.

LXX.

Quẽadmodũ nec metus istiusmodi, quo filiᵘˢ, aut filia familiâs, ex reuerẽtia quadã paterna nõ cõtradicit: sed tacẽdo ita quadãtenus cõsentit.

LXXI.

Sed nec errore contractum matrimonium semper valet: quoniam, secundum Vlpianum, non videtur is, qui errat, consentire.

LXXII.

Vbi verò nõ est consensus, nec coniugiũ est.

LXXIII.

Quamquam fauore ipsius matrimonij rectè hoc inductum videtur: vt non omnis error excludat cõsensum: sed ita demum, si error sit vel in forma, vel in materia, quę in re ipsa quodammodò inhærent.

LXXIIII.

Quod tũc maximè fit, quum error est, vt Canones

ſones diſtinguũt,vel pſonæ:vt ſi ꝓ Caia nubat Titia:vel cõditionis:vt ſi ancilla nubat ꝓ libera.

LXXV.

Secùs aũt hoc eſſe videtur:ſi error ſit dũtaxat qualitatis, aut fortunæ, quæ accidentiũ numero ſunt:veluti ſi pro nobili ignobilis,pro formoſa deformis,pro diuite pauper alicui nubat:cuiuſmodi ſanè error vt conſenſum non excludit: ita nec impedit,aut diſſoluit matrimonium.

LXXVI.

Planè ſi quis in virginem conſenſit,quę corrupta eſt,aut vitiata:vtrum error eiuſcemodi vitiet matrimonium, cõtrouerſi iuris quæſtio eſt.

LXXVII.

Atqui verior eſſe opinio videtur eorum, qui contra Canonum auctoritatem contendunt,eiuſmodi matrimonium ratum eſſe non debere: aut ſaltem rectè impediri,dirimiue poſſe.

LXXVIII.

Modò tamen ex certis rerum argumentis & ſignis conſtet,eam ab alio cõpreſſam fuiſſe, aut corruptam:quę per errorem hoc modo pro virgine deſponſa fuit.

LXXIX.

Nam tunc non qualitatis potiùs, quàm ſubſtantiæ hoc vitium eſſe videtur: quæ non amplius integra eſt,id eſt,integræ famæ,& pudicitiæ: cuius in matrimoniis potiſsima ſemper ratio habenda eſt.

LXXX.

Maximè quũ virginitas vel caſtitas corrupta re

ſtitui nullo modo queat,vt ait Imp.Iuſtinianus l.vnic.C.de rap.virg.

LXXXI.

Semper enim in contractu matrimonij tacita intelligitur conditio illa:ſi nimirum res in eo perduret ſtatu: in quo nunc exiſtit: ſalua nimirũ pudicitia,& caſtitate virginali, aut cõiugali.

LXXXII.

Quòd ſi tamen re cognita poſteà nihilomin⁹ cum ea is concubuit:omni hoc vitio per copulam purgato,aliud ſanè dicendum eſſe videtur.

LXXXIII.

Quemadmodum nec ſtupri rectè accuſát eá, quam poſtea duxit vxorem : quoniam, ſecundum Vlpianum,ſerò accuſat mores,quos vxorem ducendo probauit.

LXXXIIII.

Quod autem de errore dictum eſt:idem quoque verum eſſe intelligitur: ſi alio modo cõſenſus impeditus fuerit : vel per temulentiam , vel per luxuriam:quippe qui hoc modo contraxit, non magis ac is,qui errat,conſentire videtur.

LXXXV.

Licet enim non à culpa , tamen à dolo accuſát ebrietas,vt Iul.Clarus confirmat.

LXXXVI.

Neq; ſanè ex luxuria,aut deliciis poti⁹,q̃ ex iuſta & honeſta affectione, ſicut omnes alios contractus,ita nuptias æſtimari oportet,teſte Vlp.

LXXXVII.

Qua ratione etiá furor,ſecũdũ Paulum cõtrahi ma

hi matrimoniũ nõ finit: quoniã cõsensu opꝰ est, licet rectè cõtractũ matrimonium nõ impedit.

LXXXVIII.

Nam & sponsalibus, vt vult Caius, impedimento esse furor solet: sed posteà interueniens sponsalia non infirmat.

LXXXIX.

Ac possunt quidẽ sponsalia purè, & sub conditione contrahi: nuptiæ verò non item: quæ ꝑ consensum, quem purè pręstari oportet, statim effectum suum sortiuntur: vt rectè contra alios sentit Dida. Couarruuias.

XC.

Et sanè parui refert, ꝑ se & coràm, an ꝑ internũciũ, vel epistolam, an per aliũ hoc factũ sit: siquidẽ conditiones plerunq; interpositis personis, veluti proxenetis, expediuntur, vt ait Vlp.

XCI.

Quòd si tamen sponsalia sub conditione cõtracta fuerint: quandiu pendet conditio: ipsum quoq; suspenditur matrimonium.

XCII.

Perinde vt & aliàs ante conditionis euentũ, nec obligatio, nec actiò vlla oritur.

XCIII.

Itaq; sæpè iustæ & necessariæ causæ non solum annum vel biennium, sed etiam triẽnium, & quadriennium, & vlterius trahunt sponsalia.

XCIIII.

Ac proinde, si antè quàm impleatur conditio, cum alia persona purè simpliciterq; contra-

hatur: aut si planè deficiat conditio: non tam dissolui, quàm contracta nunquam fuisse sponsalia videtur: nisi fortè copula sit subsecuta: nã tunc à cõditione eum recessisse videri, rectè ab Innocentio III. Pontifice responsum est.

XCV.

Semper autem publica sponsalia, id est, palàm & corã testib⁹ facta, præferri debere clãdestinis, expediti iuris est. XCVI.

Præsertim si cætera sint paria: & si res adhuc integra: matrimonio per copulam nõdum consummato. XCVII.

Quemadmodũ igitur solus consensus absq; cõcubitu, modò is liber sit, ac legitim⁹, nuptias facit. XCVIII.

(Neq; enim, vt Panormitanus scribit, ad substãtiam ipsius matrimonij, quod consensu iam anteà perfectè contractum est, maius aliquod vinculum afferre potest concubitus.)

XCIX.

Ita cõcubitus absq; consensu, tantum abest vt nuptias faciat: vt etiam in delicti rationẽ cadãt: veluti stupri, aut adulterij, aut probri meretricij. C.

Si tamen consensu iam anteà nuptiæ contractæ fuerint: eas posteà concubitu consummari, & quasi sanguine sanciri certum est.

CI.

Æquè vt sponsalia, si de fide eorũ dubitetur, interuentu copulæ, transeunt in matrimoniũ: siquidem ex cõmixtione corporum tunc præ-

sumi-

ſumitur conſenſus coniugalis: ne amplius iam delictum exiſtimetur.

CII.

Quò fit, vt concubitus, & corporum illa cō-iunctio ſit materia, & cauſa ſine qua nō, vt Dialectici vocant, ipſius matrimonij. *Materia & cauſa ſine qua non.*

CIII.

Quia nec in caſtrato (licet in ſpadone ſecùs ſit) nec in ea quæ nondum viri potens eſt: quoniá generare nō poſſunt: matrimoniū cēſetur: in quib. perfectus nō eſſe intelligitur cōcubitus.

CIIII.

Nam etſi matrimonium iam contractum ſit: ſi conſtet eum qui potens non eſt, nec reuera, nec ſpe parentem eſſe poſſe: ob vitium eiuſmodi naturale, quod non eſt ſanabile, à magiſtratu rurſus hoc diſſoluitur.

CV.

Sed concubitus quidem iſte, vt ſit iuſtus ac legitimus: non niſi inter coniuges, quos & maritos Papinianus vocat, locū habet: quos vt ſexus diuerſi, ita eiuſdem generis eſſe oportet.

CVI.

Aliter ſi fiat concubitus: nefarium Sodomiæ crimē committitur: cuius pœna eſt mors: & q̄-dem rogus vel ignis, ex cōſtit. Carolina, art. 116.

CVII.

Similiter etiā non niſi duorum coniugum legitimus eſſe poteſt concubitus: ſiquidem, vt ait Imperator, eadē duobus nupta eſſe non poteſt: & duas vxores eodē tempore habere non licet.

CVIII.

Nam ne duas quidem ſponſas eodem tempore habere licet, abſq; nota infamiæ, ex edicto Iuliani: quod ita interpretatur Vlpianus, ſi ſcilicet in idem tempus concurrant.

CIX.

Quemadmodum nec alteri ſponſa, alteri nupta eadem eſſe poteſt, eodem Vlpiano teſte.

CX.

Et, vt Diui Imp. Valentin. & Gallien⁹ reſcripſerũt, ſponſa, vxore domi poſita, nulla eſſe poteſt.

CXI.

Ac ne concubina quidẽ: quam conſtante matrimonio habere nemini licet, ex reſcripto Cõſtantini Imp. Immò ſi qua viuẽte adhuc marito ſolicita fuerit de alio: viſa eſt digna repudio. ait Imp. Iuſtin. Nou. 22.

CXII.

Secùs qui faxit, Bigamiæ fit reus: cuius vetus pœna iure ciuili eſt exiliũ cũ infamia: noua aũt, ex cõſtitutione Carolina, mors & pœna gladij.

CXIII.

Quanq̃ & Theophilus pœnã capitis cõſtitutã eſſe dicit in eos, q̃ binas nuptias cõtraxerint.

CXIIII.

Cæteroquin poſt mortem alterius coniugis ad ſecundas nuptias tranſire omninò licet: eo tamen obſeruato modo, quẽ leges præſcribũt.

CXV.

At viro legitimè coniuncto aliam vxorem ſuperinducere non licet, matrimonio conſiſtente, vt

te, vt ait Imperator Iuſtinianus Nouella 18.

CXVI.

Præter hæc verò, quæ hactenus poſita ſunt, adhuc alia ſunt complura, quæ ad iuſtum matrimonium neceſſaria ſunt: & formæ quadantenus rationem habent.

CXVII.

Forma enim iuſti matrimonij in eo conſiſtit, vt ſit legitima coniunctio: id eſt, ſecundũ præcepta legum facta.

CXVIII.

Sed legibus quidem Romanis hæc quatuor in legitima coniunctione concurrere debent.

CXIX.

Primum eſt, ciuitas Romana: ſiquidem (ait Imper.) iuſtas nuptias inter ſe contrahunt ſoli ciues Romani: id eſt, liberi homines, qui in orbe, aut imperio viuunt Romano, ex conſtitutione D. Antonini Imp.

CXX.

Nam liberis cũ ſeruis (quorum propriè contubernium dicitur) non eſt ius connubij; ſiquidẽ ius ciuile ſpectes: licet diuerſum ſit conſtitutum iure Canonico.

CXXI.

Quod iuſta interpretatione receptũ eſt moribus noſtris de Ciuitate illa Dei ſancta; quæ eſt Eccleſia: cuius ciues eſſe oportet eos, qui contrahunt: vt matrimonium verè ſit, ſecundum Modeſtinum, diuini, & humani iuris cõmunicatio.

CXXII.

Idcircò ex conſtitutionibus Imperatorum hodie non eſt ius cõnubij Chriſtianis cum Iudæis & alienigenis: hoc eſt, iis, qui non ſunt eiuſdem ciuitatis, id eſt, Eccleſię: propter ſacramenti, & religionis ipſius violationem.

CXXIII.

Cuiuſmodi ſanè coniugium ſi cum alienigena, id eſt, eo, qui non eſt Chriſtianus, à ſciente contractum fuerit: adulterij vicem obtinere affirmat Iuſtinianus: cuius pœna eſt capitis ſupplicium, & mors, iure ciuili: iure autem Pontificio, perpetua excommunicatio.

CXXIIII.

Quemadmodum & Tertul. grauiter iudicat; nec legitimum, nec in Domino cõtractum eſſe videri huiuſmodi matrimonium: qđ à principio diſſentientes in religione coniuges habuit.

CXXV.

Quanq̃ matrimonio iã contracto; ſi fortè diſparitas religionis ſuperuenerit, non aliter fit locus diuortio, aut repudio: q̃ ſi coniux infidelis prior diſceſsionẽ fecerit: aut ſi religionẽ coniugis ſanctã omninò ferre noluerit: ſimul ad conſortium impietatis eam adigẽdo, vel cogendo: ex ſententia D. Pauli Apoſtoli, 1. Corinth. 4.

CXXVI.

Secundum iuſti matrimonij requiſitum eſt, Ætas iuſta; Pubertas nimirum, ſaltem affecta, licet nondũ plena, & perfecta: quæ in maſculis XIIII. in fœminis XII. anno æſtimatur.

Neq;

CXXVII.

Neq; enim nupta eſt (ait Labeo) quę virũ pati nõ poteſt: h.e. quæ, vt Vlp. loquitur, nondum eſt ętatis nubilis, vt in domũ mariti deducatur.

CXXVIII.

Quæ tamen adhuc minor in mariti domum ducta, antè quàm collatæ fuerint nuptiæ; nupta quodammodo eſſe incipit: ſiquidem præceſſerint ſponſalia, Vlpiano auctore.

CXXIX.

Sed nondum tamen verè nupta eſt: ac tunc demum vxor fit legitima; quum annos XII. apud virum expleuerit, teſte Pomponio.

CXXX.

Nam tunc eiuſmodi conſortium ſaltem in vim valet ſpõſalium: quæ, vt Modeſtino placet, à primordio ætatis effici poſſunt: ſi modò iſtud fieri ab vtraq; perſona intelligatur: id eſt, ſi non ſint minores ſeptem annis.

CXXXI.

Quandoquidẽ in ſponſalibus contrahendis ætas contrahentium nõ ita definita eſt: ſicut in matrimoniis: licet ea ante ſeptẽnium contrahi non debeant, ex iure tam Pontificio, q̃ ciuili.

CXXXII.

Cæteroquin matrimoniũ, qđ ætate ꝓhibẽte nõ tenet, ꝑ lapſum tẽporis minimè cõualeſcit.

CXXXIII.

Qua de cauſa nec pubes, ſi in eadem voluntate nõ perſeueret, alterius impuberis ætatem expectare cogitur.

CXXXIIII.

Pubes tamē factus vterq;, ſponſalibus iá cō-ſtitutis, nuptias celebrare iure cōpellitur: paucis quibuſdá exceptis caſibus in iure expreſsis.

CXXXV.

Tertium requiſitum eſt Conſenſus parentum, quorū in poteſtate ſunt liberi, qui contrahunt: veluti patris & aui paterni.

CXXXVI.

Nam, ſecundum Paulum, non poſſunt conſiſtere nuptiæ: niſi omnes conſentiant, hoc eſt, qui coeunt, quorumque in poteſtate ſunt.

CXXXVII.

Ac immò ne renouatæ quidem nuptiæ inter eaſdem perſonas, niſi volentibus parētibus, iuſtæ habentur, teſte Iuliano.

CXXXVIII.

Quemadmodum & in ſponſalibus eorum conſenſus exigendus eſt, quorū in nuptiis deſideratur, vt idem Paulus ſcribit.

CXXXIX.

Quòd ſanè fieri hoc modo debere (ait Imp.) & ciuilis, & naturalis ratio ſuadet.

CXL.

Ciuilis quidē ratio, veluti patria poteſtas: in qua & agnationis, & ſui hæredis ius cōtinetur: ne patri ſcilicet inuito ſuus hæres agnaſcatur.

CXLI.

Naturalis verò, vt pietas, & caritas, quę iubet, vt parentibus pareamus: quod præceptum iuris naturæ & gentium eſſe docet Florentinus.

Quæ

CXLII.

Quæ eadem quoq; legis diuinæ ratio, & sententia est: qua cultus & honor parentum à liberis flagitatur, vt in Domino nubant, secundum Apostolum.

CXLIII.

Cui suffragatur vetus ius Canonicum: quod Euaristi Pontificis auctoritate nititur: Aliter (inquit) legitimum non fit coniugium: nisi ab his, quorũ in potestate est, vxor petatur: & nisi ea à parentibus, aut propinquis desponsetur.

CXLIIII.

Quo eodẽ iure matrimonium absq; auctoritate parentũ contractũ, adulteriũ vocatur: cuius pœna est, ab Ecclesiæ cõmunione exclusio.

CXLV.

Itaque malè ex decreto Nicolai II. Pontificis interpretes concludunt: consensum parentum requiri saltem ex honestate, non necessitate: sine quo contractum liberorum matrimonium nihilominus iustum censeri debeat.

CXLVI.

Quippe in quo non tam de matrimonio contrahendo, quàm de eo, quod contractũ est, rursus dissoluendo, potissimũ agitur: vt tunc pro iusto matrimonio haberi illud debeat, si per copulam iam consummatum sit.

CXLVII.

Quam in sententiam Paulus lib. Sentent. 2. scribit: eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia nõ cõtrahi, sed cõ-

tracta non solui. contemplationem quippe publicæ vtilitatis priuatorum cōmodis præferri.

CXLVIII.

Semper enim, quū de matrimonio cōtrahendo agitur, oportet, vt quicūq; vxorē ducere voluerint, parētes, vel alios, quos decet, petāt: quò cū eorū voluntate legitimū fiat coniugiū, vt ait Imp. Iustin.

CXLIX.

Quod in tantū verū est (eodē Imp. auctore) vt iussus, i. voluntas parentis precedere debeat.

CL.

Neq; ratihabitioni eius in hoc casu sit locus, nisi fortasſis abſentis.

CLI.

Quemadmodū & generali mādato quærēdi mariti filiæfamiliās, nō fieri nuptias, ratiōis est.

CLII.

Sed pſonā eius patri demōstrari, q̄ matrimonio cōsenserit, vt nuptię cōtrahātur, necesse est.

CLIII.

Itaq; ne miles quidem filiusfamiliās sine patris voluntate, rectè contrahit matrimonium.

CLIIII.

Quòd si secùs à liberis factū fuerit: nec filiof. donatio ꝓpter nuptias, nec filiæf. dos vlla à parentibus debetur.

CLV.

Quin immò nuptiæ, patre non consentiente factæ, legitimæ non habentur: ac per hoc nec liberi iusti censentur.

CLVI.

Nam & patrē posse filiā, quæ sine ipsius consensu

ſenſu alteri nupſerit, ex mariti domo abducere, reſpondit Vlp. licet meliùs eũ facturũ putet: ſi patriã poteſtatẽ non ita nimis acerbè exerceat: ne ſcilicet benè concordás matrimoniũ, ac fortè liberis iá ſubnixũ, iure patriæ poteſtatis turbetur. CLVII.

An verò filiusfam. vxore nõ ex voluntate patris ducta, exhæredari poſsit: controuerti in iure ſolet: ſed verior eſt tamẽ communis opinio: exhæredari eum non poſſe: ſi præſertim honeſtum matrimonium contraxerit: contrà quàm Paulo de Caſtro, & quibuſdam aliis placuit.

CLVIII.

Aliud verò ſtatuendum eſſe videtur: ſi cum ignominioſa muliere, aut meretrice contraxit, ſiue is ſit filiusfamiliâs, ſiue emancipatus.

CLIX.

Licet aliâs filius emancipatus, etiá ſine conſenſu patris, vxorẽ ducere poſsit. & ſuſceptus ex eo filius ſuus ei hęres ſit, vt eſt apud Modeſt.

CLX.

Nam & antiquo iure, quoniá dedecori eſt, tá ipſi, q̃ patri, adeoq; toti familiæ, tam ignominioſam vxorẽ habere; exhæredari eũ poſſe affirmat Vlpianus. CLXI.

Tametſi filius ex eo natus, ad bonorũ poſſeſſionem aui, tanq̃ nepos admittitur: vt q eius nomine de inofficioſo cogniturus ſit, non minùs merita nepotis, q̃ patris eius delicta perpẽdere debeat. CLXII.

Enimuerò ſufficit interdum quoque tacitus

parentum consensus: vt intelligatur, semper filio, aut filiæ patrem consentire; nisi euidenter dissentiat: sicut ex Iuliani sententia Paulus respondit.

CLXIII.

Tunc enim ratihabitio pro iussu & auctoritate valet.

CLXIIII.

Planè si pater aut furiosus, aut mente captus sit: potest filiusfamiliâs æquè ac filiafamiliâs, quę quidem ex patris sui potestate in familiam mariti nubit, etiam sine patris interuentu sibi matrimonium copulare.

CLXV.

Quanquam enim furor non dissoluit ius patriæ potestatis.

CLXVI.

Nihilo tamen minus frustra expectatur consensus eius parentis; qui velle, aut consentire non potest.

CLXVII.

Ac proinde vt filiusfamiliâs patre furioso existente, hæreditatem adire; ita vxorem ducere rectè potest.

CLXVIII.

Sed auctoritate tamē adhibita magistratus, & curatoris ipsius furiosi, ac propinquorum, vt Imperator Iustinianus constituit.

CLXIX.

Nam perinde tunc habetur illud, ac si patre absente, vel ab hostibus capto, matrimonium contraxerit.

Quod

CLXX.

Quòd rectè ab eo tunc contrahi posse, etiam ante trienniũ captiuitatis, vel absentiæ patris; Iulianus testatur: dummodò eam filius ducat vxorem, aut ei nubat filia; cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum.

CLXXI.

Quòd si etiam pater liberos, quos in potestate habet, iniuria prohibeat nubere, aut vxores ducere: vel quia dotem dare non vult: vel quia conditionem non quærit: sanè tunc auctoritate magistratus eos in matrimonium collocare, & dotare cogitur; ex constitutione Diuorum Seueri & Antonini Impp.

CLXXII.

Sic & filia post annum XXV. propter patris socordiam, suo nubere arbitrio potest: modò honestè nubat: adeò, vt ab eo exhæredari nequeat. Nouel.115.

CLXXIII.

Minor tamen annis XXV. filia, quamuis sui iuris sit, iustum non contrahit matrimonium.

CLXXIIII.

Nam tũc patre mortuo, siue adhuc virgo sit, siue vidua, omninò matris & tutoris, curatorisue, aliorumque propinquorum sententia requiritur: quibus dissidentibus, iudex suam interponere auctoritatem solet.

CLXXV.

In cæteris verò casibus auctoritas matris, vt & aui materni, quia liberos in potestate non ha

bent, iure ciuili non vſque adeò neceſſaria eſt,

CLXXVI.

Sicut nec ad officium curatoris pertinet, nubat pupilla, an non: quia officium eius in adminiſtratione negotiorum præcipuè conſiſtit, ſecundum Paulum.

CLXXVII.

Præſertim ſi in arbitrio matris pater eſſe voluerit: cui nuptũ filia communis collocaretur, vt Papinianus vult.

CLXXVIII.

Quanquã ratio naturalis, & honeſtas aliud ſuadere videtur: vt in contrahendis liberorum matrimoniis, omnium parẽtum, etiam eorum, quorum in poteſtate non ſunt, veluti matris & aui materni, & cæterorum, ſemper interuenire debeat auctoritas.

CLXXIX.

Pietas enim parẽtibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æquè debetur omnibus, Vlpiano teſte.

CLXXX.

Præſertim quum moribus noſtris propemodum omne ius patriæ poteſtatis exoleuerit: vt communi omniũ parentum voto, ac voluntate, liberos nõ ſolùm eos, q in poteſtate ſunt, verùm etiam emancipatos, matrimonio elocari, pietati, & rationi naturali conſentaneum ſit.

CLXXXI.

Planè poteſtatis patriæ quum ratio ducitur iure ciuili, illud non immeritò quæritur: ſi nepos,

pos, neptísue nuptias contrahere velit; vtroq; adhuc & auo, & patre superstite: vtriùs auctoritas fiat necessaria.

CLXXXII.

Et quidem nepote vxorē ducente, nō auus tantū, sed & filius, tanq̃ pater, consentire debet.

CLXXXIII.

Neptis verò si nubat, voluntas & auctoritas aui sufficit.

CLXXXIIII.

Sed eorum altero furente: si quidem pater sit; eo casu aui, modò is sapiat, voluntas sufficit: sin verò auus: omnimodò patris auctoritas est necessaria, teste Paulo, & Vlpiano.

CLXXXV.

Quartum denique requisitum iustarum nuptiarum est sanguinis reuerentia naturalis, & honestas ciuilis: ne scilicet moribus, aut legibus prohibitæ sint nuptiæ.

CLXXXVI.

Quarum, quæ moribus, id est, vt Paulus interpretatur, iure gentium prohibitæ sunt; nefariæ & incestæ appellantur: quasi contra fas & ius omne, tam diuinum, quàm humanum, contractæ: veluti inter cognatos, aut affines, quos lex, vel natura coniungi non patitur.

CLXXXVII.

Quæ verò legibus, hoc est, iure ciuili interdictæ sunt; veluti inter tutorem & pupillam; aut inter Senatorem & libertam: eæ inutiles, & illegitimæ nuptiæ vocantur.

CLXXXVIII.

Prioris generis impedimẽta ſunt tria potiſſimum, Cognatio nimirum, Affinitas, Publicá honeſtas.

CLXXXIX.

Poſterioris verò complura ſunt; vt Status, Conditio, Dignitas, Poteſtas, Tutela, & cætera: quę tamen pleraque hodie iure Canonico correcta, vel planè potiùs ſublata ſunt: ſed de his ordine videndum eſt.

CXC.

Primùm igitur impedimentum nuptiarum, quod ad naturalem prohibitionem attinet, eſt Cognatio.

CXCI.

Cognatio autẽ nihil eſt aliud, niſi ius quoddam certis quibuſdam perſonis inter ſe commune: quæ naturá, vel lege inter ſe cognatæ; hoc eſt, vnà communitérue natæ, vel ab eadem ſtirpe ortæ progenitæúe ſunt, auctore Modeſt.

CXCII.

Ea vel eſt Naturalis, vel Ciuilis.

CXCIII.

Quarum illa ſanguinis coniunctione, hæc adoptione contrahitur.

CXCIIII.

Vtraque vel eſt Directa, veluti parentum & liberorũ: vel Obliqua, ſiue Tranſuerſa: vt propinquorum, & eorum, qui ex latere coniuncti ſunt: qui vel ſunt agnati, hoc eſt, à patre cognati, ex eadem gente, & familia; vel cognati, hoc eſt;

eſt,per fœminas naturali iure coniuncti.

CXCV.

Ex his prior illa cognatio,quæ Parentela eſt, ſemper impedimento eſt nuptiis: de qua hæc regula ab Vlpiano tradita eſt:Inter parentes & liberos infinitè, cuiuſcunque gradus ſint, connubium non eſt.

CXCVI.

Nam,ſecundum Paulum, iure gentium inceſtum committit is,qui ex gradu aſcendentium, vel deſcendentium vxorem duxerit.

CXCVII.

Cuiuſmodi ſanè nuptiæ nefariæ ſunt, id eſt, vt Imp.Iuſtinianus interpretatur, pietati ſimul & religioni contrariæ, & à quibus ipſa quoque brutorum natura abhorret. Nouel.conſtit.12.

CXCVIII.

Neque quicquam intereſt, vtrum naturalis ſit parentela,an ciuilis,hoc eſt,per adoptionem contracta:licet ea non tam ſanguinis,quàm iuris ſit quædam communio.

CXCIX.

Nam &, ſecundum Caium, nefas eſſe exiſtimatur, eam ducere vxorem, quæ per adoptionem filia neptiſue eſſe cœperit.

CC.

Adeò vt ne quidem adoptione per emancipationem diſſoluta, nuptiæ eiuſmodi conſtare poſsint: quoniam,vt Theophilus ait,nomē parentis & liberorum,quod perpetuò durat, ſemper pudori eſſe debet: etiā cæteris adoptionum

iuribus per emancipationem sublatis.

CCI.

Quin immò nec vulgò quęsitá filiá pater naturalis poteſt vxorē ducere: quia, vt Paul. ſcribit, cōtra pudorē eſt filiam vxorē ſuam ducere.

CCII.

Poſterior autem cognatio iſta, quæ eorum eſſe dicitur, qui ex trāſuerſo gradu agnationis, id eſt, ex latere coniunguntur, non omnimodò impedit nuptias.

CCIII.

Neq; enim tam infinita eſt, vt parentela: ſed certis duntaxat quibuſdam gradibus circumſcripta: in quibus ex latere non benè contrahitur matrimonium.

CCIIII.

Ac iure quidē ciuili, vt & diuino, nuptiis impedimento eſſe ſolet, vel fraternitas, vel proparentela.

CCV.

Nam inter fratres & ſorores nuptiæ conſtare nullo modo poſſunt: obſtante ratione non ſolùm naturali, verùm etiam ciuili.

CCVI.

Quandoquidem non tam ex latere, quàm in latere ſunt: quod ad cognitionem naturalem attinet: neq; tam à latere, quàm à capite vno orti, pro vno quodammodo habentur corpore: quod ad patriam poteſtatem ſpectat.

CCVII.

Adeò vt ne inuicem quidem vllo modo obligari, nedum matrimonio coniungi poſsint.

Neque

CCVIII.

Neque refert, siue sint germani, id est, ex eodem patre, eademque matre nati: siue consanguinei, aut vterini, hoc est, ex vno patre tantū, vel ex vna matre tantùm prognati.

CCIX.

Quippe, quò ad cognationem, omnes æquè propinqui sunt licet, quò ad successionem legitimam, non item.

CCX.

Imò etiam nihil refert, an vulgò quæsiti sint: quoniam, vt Scæuola dixit, nihil interest, ex iustis nuptiis cognatio descendat, an verò non.

CCXI.

Per adoptionem verò quęsita fraternitas eatenus nuptias impedit, auctore Paulo, quatenus capitis minutio non interuenit, id est, vt Caius loquitur, donec manet adoptio, & quandiu in eius familia sunt: ne scilicet agnationis & legitimarū hæreditatum iura confundātur.

CCXII.

Alioquin si emancipati fuerint, sine dubio nihil impedit nuptias: quia post emancipationē extranei intelliguntur: & in totum familiæ adoptiuæ obliuiscuntur.

CCXIII.

Inter eos autem agnatos, cognatósue, qui parentū liberorúmue loco sunt, similiter nuptiæ omni iure diuino & humano prohibitæ sunt.

CCXIIII.

Sed parentū quidē loco sunt, veluti patruus,

auunculus, amita, matertera, & cæteri, qui supra hos sunt.

CCXV.

Liberorum verò, vt fratris vel sororis filius, & filia: itemq; nepos & neptis, & sic deinceps: cum quibus nō magis, ac cum parentibus ipsis, connubium est, cuiuscunque gradus fuerint.

CCXVI.

Nam iure quidem ciuili nulla omninò gradus in contrahēdo matrimonio habetur ratio: verùm cognationis duntaxat eius: in qua parentum ac liberorum veluti imago quędam, & similitudo apparet.

CCXVII.

Itaque cuius filiam ducere nō licet, nec eius neptem permittitur: quoniam vtrique est loco parentis, ait Imperator.

CCXVIII.

Imò nec proneptē, secundum Paul. sicut nec cæteras deinceps, quæ vlterioris gradus sunt: in quibus omnibus eadem iuris ratio obtinet.

CCXIX.

Malè igitur, & omninò absurdè ius Pontificium; non tam cognationis ipsius, quàm gradus, consideratione habita; nuptias permittit abnepti fratris, vel sororis, cū patruo, aut auunculo maximo: q̃ ei parentis abaui loco est: proptere a quòd sexto inter se cognationis gradu distent: in quo nuptias contrahere iure Canonico permissum est.

CCXX.

Sed hoc quidem proparentelæ ius nō peræquè

què cernitur in cognatione ciuili.

CCXXI.

Si quidem ea demum cognatio contrahitur in adoptione, quæ legitima eſt, h.e. quæ agnatorum ius habet, vt ait Vlpianus.

CCXXII.

Et hoc modo adoptiuæ ſororis filiam, quæ neque agnata neque cognata eſt, vorem ducere licet: quippe cui nemo per adoptionem fieri poteſt auunculus.

CCXXIII.

Sicut nec matertera vlla per adoptionẽ eſſe poteſt: cui idcircò nubere licet filio ſororis adoptiuæ.

CCXXIIII.

Sed & ſororem patris adoptiui, ſi non eodem patre nata, ſed fortaſsis vterina ſit, vxorem ducere licet: eodem Vlpiano auctore.

CCXXV.

Secùs autem hoc eſt, ſi ea ſoror patris cõſanguinea ſit, id eſt, eodem patre prognata: quoniã tunc in eiuſdem parentis poteſtate eſt: & agnatorum numero cenſetur: etſi per adoptionem ei coniuncta ſit.

CCXXVI.

Præter has, de quibus modò eſt dictum, nulla alia cognatio ciuilis, aut naturalis impedit nuptias: iure tam diuino, quàm Cæſareo: licet ab vtroque diſſentiat ius Pontificium.

CCXXVII.

Nam iure ciuili duorum fratrum vel ſororũ,

vt & fratris sororisque liberi, quos patrueles, & consobrinos, & amitinos vocant, matrimonio coniungi possunt.

CCXXVIII.

Et quanquam lege Theodosij Imp. aliquando eiuscemodi nuptiæ interdictæ fuerint: tamē noua posteà lege Arcadij & Honorij Impp. prisci iuris, quo eiusmodi nuptię concessę sunt, reuocata fuit auctoritas.

CCXXIX.

Quod multò magis obtinere debet in sobrinis, id est, consobrinorum liberis; ne cui, quod plus est, licet, non videatur licere id, quod minus est, contra vulgatam iuris regulam.

CCXXX.

Iure autem Canonico matrimonium nō modò inter sobrinos, sed etiam consobrinos legitimum non habetur.

CCXXXI.

Quod ius passim moribus nostris receptū, & in curiis, vt vocant, Ecclesiasticis suo quodā modo comprobatum est: cùm honestatis ipsius, & maioris obseruantię causa earum legum, quę iure diuino & ciuili de matrimoniis sancitæ sunt: tum verò caritatis cognationisque inter homines propagandæ gratia: quæ, secundum Tullium, serpit sensim foràs cognationibus primùm, deinde affinitatibus.

CCXXXII.

Sequitur deinde alterum impedimentum nuptiarum, AFFINITAS nimirum, id est, ius

inter coniugem, & alterius coniugis cognatos, per nuptias constitutum.

CCXXXIII.

Quæ ex eo sic dicta est: quod cognationes, q̃ inter se diuersæ sunt, per nuptias copulantur: & hoc modo altera ad alterius fines quasi accedit, vt ait Modestinus.

CCXXXIIII.

Propriè enim affines sunt, viri & vxoris cognati: quorum nomina hæc recenset idem Modestinus: Socer, Socrus, Vitricus, Nouerca, Gener, Nurus, Priuignus, Priuigna, Leuir, Glos: quibus adduntur Sororius, & Fratria: quorum omnium nuptiæ iure tam diuino quàm humano interdictæ sunt: idque propter carnis vnitatem, vt Iulius Pontifex rescripsit.

CCXXXV.

Præter hæc verò nulla sunt alia affinium nomina: hi verò, quos dixi, omnes vnius & eiusdē generis sunt.

CCXXXVI.

Cuius rei consequens est illud, vnum duntaxat, & simplex esse genus affinitatis ipsius: non autem diuersum, & multiplex: siquidem propriè loqui volumus.

CCXXXVII.

Itaque malè ius Pontificium tria affinitatis genera facit: in quibus omnibus etsi iure antiquo etiam facta fuit nuptiarum aliqua prohibitio: rectè tamen eá non nisi in vno affinitatis genere obtinere, eodē postea iure traditū fuit.

CCXXXVIII.

Poteſt tamen non incommodè affinitatis, ſicut cognationis ipſius, quod nuptiarum prohibitionem attinet, triplex conſtitui differentia: vt ea ſit, inſtar cognationis, vel parētela, vel ꝓparentela, vel fraternitas.

CCXXXIX.

Quod ad parentelam, aut proparentelam ptinet: de ea regulam hanc tradit Modeſtinus: eos, qui affinitatis cauſa, parentum liberorúmque loco habentur, nefas eſſe inter ſe copulari matrimonio.

CCXL.

Itaque, ſecundum Paulum, nec ſocrum, nec nurum, nec priuignam, nec nouercā, citra pœnam inceſti, vxorem ducere licet.

CCXLI.

Quod etiā ad eos, qui vlterioris gradus ſunt, rectè produci poſſe idem Paulus exiſtimat: veluti ad proſocrum, aut pronurum, aut priuignæ filiam aut nouercæ matrē, & ſic deinceps.

CCXLII.

Idem quoque in adoptione locum habet: in qua etiam imago quædam affinitatis, & ſimilitudo cernitur.

CCXLIII.

Nam & adoptiuus filius, ſi emancipetur: eā, quæ patris adoptiui vxor fuit, ducere non poteſt: quoniam nouercæ loco habetur.

CCXLIIII.

Et ſi quis filium adoptauerit, vxorem eiuſdē, quæ

quæ nurus loco eſt, ne quidem poſt emancipationem filij, ducere poteſt, eodē Paulo auctore.

CCXLV.

Sed nec vxorē patrui aut auunculi licet matrimonio ſibi copulare: ſicut nec ſororem ſoceri, aut ſocrus: quia parentum vicem obtinent.

CCXLVI.

Itemq; nec nepotis ex fratre vel ſorore: vxorem ducere licet: quia filiæ loco eſt.

CCXLVII.

Quod autem ad fraternitatem attinet in affinitate per nuptias contractam: ea non minus impedimento eſſe debet nuptiis, ac fraternitas ipſa, quæ in cognatione cernitur.

CCXLVIII.

Nam nec leuir fratriam, nec ſororius glorem, ne quidem ſoluto matrimonio, vxorem ducere poteſt.

CCXLIX.

Quod non lege ſolùm ciuili, & Canonica, verùm etiam diuina expreſsè cautum eſt: non obſtáte interim altera illa lege Moſaica, de fratria, id eſt, fratris defuncti vidua à fratre adhuc ſupſtite in vxorem ducenda. Deuter. c. 25. Leuit. 18.

CCL.

Siquidem hoc ius ſingulare eſt, & ſingulari ratione nititur: quæ eſt familiæ primogeniorū conſeruatio, præcepta diuinitùs, & certi loci, ac temporis, adeoq; populi certi propria, & quaſi peculiaris.

CCLI.

Quod autem contra rationem iuris receptū

est: quoniam ius est singulare: non est producẽdum in consequentiam.

CCLII.

Ceterùm inter compriuignos (ait Paulus) nuptiæ contrahi possunt: tametsi fratrẽ habeát communem ex nouo matrimonio susceptum.

CCLIII.

Aequè vt & fratribus duobus sorores duas, aut fratri sororique in alia familia sororem ac fratrem, aut denique patri & filio, matrem filiamque ducere licet.

CCLIIII.

Quandoquidem inter cognatos viri & vxoris nulla est affinitas, quæ impedit nuptias.

CCLV.

Superest iá tertium impedimentũ: Publica nimirũ HONESTAS: id est, propinquitas quædam, & necessitudo, ex sponsalibus contracta: quę affinitatis quádam rationẽ habere videtur.

CCLVI.

Quanquam enim propriè non contrahitur affinitas per sponsalia; sed per nuptias duntaxat: quarum nomine sponsalia non contineri affirmat Vlpianus.

CCLVII.

Ciuilis tamen ex his oritur honestas quædá: quæ & ipsa impedimento esse solet nuptiis, ob animi destinationem, & vim mutui consensus, qui facit nuptias.

CCLVIII.

Semper autem in coniunctionibus, non solum

lum quod licet, sed &, quod honestum est, considerandum est.

CCLIX.

Quò fit, vt nec sponsam filij, quæ propriè nurus non est, vxorem ducere liceat.

CCLX.

Nec sponsam patris, quæ nouerca propriè non dicitur.

CCLXI.

Imò nec sponsam fratris defuncti, quæ post mortem eius virgo mansit, ex constitutione Zenonis Imp.

CCXLII.

Quemadmodum nec vxorem quondam priuigni matrimonio coniungi vitrici oportet: nec in matrimonium conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit, vt Paulus vult.

CCLXIII.

Item nec filiam vxoris post diuortium ex alio natam: quæ propriè priuigna non dicitur.

CCLXIIII.

Sed nec matrem eius, quæ aliquando sponsa fuit: quoniam ea quasi socrus est, eodem Paulo teste.

CCLXV.

Nam & aliàs in multis iuris articulis, si præsertim in his fauor dominetur, appellatione viri & vxoris, sponsus & sponsa intelligitur.

CCLXVI.

Qua ratione etiam Martianus patrem &

matrem ſponſi aut ſponſæ, ſoceri & ſocrus appellatione contineri ſcribit.

CCLXVII.

Quod autem de prohibitione nuptiarum naturali hactenus dictum eſt: non ſolùm id locũ habet in liberis hominibus, ac ciuib. Romanis, verùm etiam in ſeruis manumiſsis: in quibus & ipſis cognatio affinitaſque cernitur, quæ impedimento ſit nuptiis, auctore Paulo.

CCLXVIII.

Quanquam etiam iure ciuili ſerui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali: quod in nuptiis contrahendis maximè ſpectatur.

CCLXIX.

Nam, quod ad ius naurale attinet, omnes homines æquales ſunt, ſec. Vlpianum.

CCLXX.

Quamuis igitur iure ciuili cum ſeruis nõ eſt connubium, ſed contubernium.

CCLXXI.

Sicut nec leges ad ſeruiles cognationes pertinere dicit Paulus IC.

CCLXXII.

Quia tamen ſerui etiam ſanguinis iura retinent: quæ nullo iure ciuili dirimi poſſunt: eodẽ planè modo, quo liberi homines, ac ciues Romani, inceſtas nuptias contrahere prohibẽtur: quæ ſunt contra pudorem, & ius naturale.

CCLXXIII.

Itaque nec matrem ſuam filius vxorem ducere, nec pater filiá poteſt: etſi ex ſeruitute manumiſſus

numissus sit: & si dubitetur eum patrem esse.

CCLXXIIII.

Tantūdē iuris est & in sorore, & sororis filia.

CCLXXV.

Similiter nec eam, quæ in contubernio patris fuit, quasi nouercam, filio ducere licet.

CCLXXVI.

Aequè nec eam, quæ in contubernio filij fuit, quasi nurum pater ducere potest.

CCLXXVII.

Perinde vt nec matrem eius, quam quis in seruitute vxorem habuit, quasi socrum.

CCLXXVIII.

Est & alia quædam cognatio sacra, & spiritalis: quæ propter sacrum baptisterium contrahitur: quam nuptiis etiam impedimento esse iure non solùm Pontificio, verùm etiam Cæsareo traditum est.

CCLXXIX.

Cuius sanè iuris hæc à Iustiniano Imperatore affertur ratio: quòd per eiusmodi nexū Deo mediante animæ eorum sint copulatæ: ex quo maximè paterna inducitur affectio, & per hoc iusta oritur nuptiarum prohibitio.

CCLXXX.

Sed iure tamen consuetudinis, quoniam nō tam ratione, quàm auctoritate hoc ius nititur: aliud hodiè passim receptum est: quo nuptiis non semper eiusmodi obstat cognatio.

CCLXXXI.

Semper autem cum quibus personis nuptiæ

contrahi nõ poſſunt: hæ plerunque ne quidem deſponderi poſſunt.

CCLXXXII.

Nam quæ duci poſſunt, iure deſpondentur.

CCLXXXIII.

Conſtat igitur ex his, quæ hactenus poſita ſunt, eas nuptias maximè prohiberi: quæ ſecundũ Paulum, ſunt cõtra pudorem, & ius naturale: & quę moribus, id eſt, iure gentiũ prohibentur: quas q̃ cõtrahit, inceſtũ dicitur cõmittere.

CCLXXXIIII.

Cætera autem nuptiarum impedimenta lege duntaxat ciuili ſancita, vel ratione ſtatus, vel dignitatis, vel poteſtatis, vel tutelæ, vel alterius cauſæ cuiuſdam: iure non ſolùm Canonico, verùm etiam conſuetudinis ſublata, aut pleraque ſaltem correcta, re ipſa non obtinent.

CCLXXXV.

Solet tamen interdum eiuſmodi matrimoniũ, legibus prohibitum, auctoritate magiſtratus, tam ciuilis, quàm ſacri, per diſpenſationem (quam Canones vocant) ex cauſa ratum firmumque pronunciari.

CCLXXXVI.

Quod ita demũ rectè fit: ſi lege aliqua humana, vel Canonica fortaſsis matrimonium ſit interdictum: veluti inter ſobrinos, aut etiam conſobrinos: quos neque ciuilis, neque diuina lex matrimonio prohibet.

CCLXXXVII.

Secùs vero eſt, ſi lege diuina, aut naturali, q̃ immu-

immutabilis eſt, & perpetuò ſibi conſtat, prohibitum ſit: cõtra quam ſtatuere aliquid, aut permittere, ne ſummo quidem magiſtratui licitũ eſſe debet.

CCLXXXVIII.

Nam in hoc caſu ſi fortè magiſtratus diſpenſet, aut indulgeat aliquid cõtra ius naturale, & diuinum: non tam diſpenſare, quam diſsipare videtur: vt D. Bernardus ad Eugenium Pontificem ſcripſit.

CCLXXXIX.

Permagni autem intereſt, matrimoniorũ fidem, caſtitatemq; ſanctè ac religiosè ab omnibus cuſtodiri: quibus communis vitæ ſocietas conſeruatur: & incolumitas propagatur generis humani.

CCXC.

Finis enim matrimonij, ſi quidem cõiugum ipſorum habeatur ratio, eſt vitæ conſuetudo indiuidua: ſeu, vt Modeſtinus loquitur, cõſortiũ omnis vitæ: id eſt, eiuſdem ſortis & fortunæ in omni vita ꝑpetua quædã cõmunio, ac ſocietas. Finis.

CCXCI.

Quam ob cauſam Deus ipſe adiutorium viri vxorem nominat: nõ ſolùm quò ad liberorum procreationem, atque educationem: ſed & quõ ad operarum, fortunarumq; communicationẽ; vt D. Auguſtinus interpretatur.

CCXCII.

Qua ratione etiam à Clemente Alexandrino vxor nominatur βοηθὸς τῆς οἰκουρίας, id eſt, ſocia, &

adiutrix operæ curæq; domesticæ: in qua semper communis quoq; esse debet fortuna, tam prospera, quàm aduersa.

CCXCIII.

Quid enim tam humanum est (ait Vlpianus) quàm fortuitis casibus mulieris maritum, aut contrà viri vxorem participem esse?

CCXCIIII.

Et profectò absurdum fuerit, in vno eodémque consortio, in quo vxor marito quasi concrescit, vnius coniugis felicitatem alteri fieri infortunium, vt ait Imp. Iustinianus.

CCXCV.

Sic eodem pactò demum, quum vitæ cõsuetudo est indiuidua, matrimonium, secundum Augustinum, fit bonus vsus mali, id est, bonus vsus concupiscentiæ carnis: quo bono malè vti non licet: vt sit nimirum remedium contra libidinum intemperantiam, atq; incontinentiam.

CCXCVI.

Quem etiã coniugij finem asignans D. Paulus Apostolus, fornicationis vitandæ gratia, vnumquemq; coniugatum esse debere monet.

CCXCVII.

Quòd si verò societas generis humani consideretur: sanè tunc finis matrimonij est ipsa liberorum procreatio: quæ est seminarium Ecclesiæ, & Reipublicæ.

CCXCVIII.

Præclarę enim Callistratus: Parentes (inq̃t) natura docet procreandorum liberorum animo &

mo &voto vxores ducere:vt ex prole eorũ diuturnitatis nobis memoria in omne æuũ cõparetur.

CCXCIX.

Et sanè interest Reipublicæ, secundum Vlpianum,ciuitatem liberis repleri atq; ampliari.

CCC.

Itaque prȩmium patri, quod propter numerum liberorum ei competit,denegari non oportet,vt vult Paulus.

CCCI.

Sed vtrumq; tamẽ hunc finem, ad summum illum & vltimum bonorum finem, cuius gratia faciẽda sunt omnia,referri oportet: qui est Dei cultus,vel ipse Deus potiùs,tãquàm summum bonum,& auctor omnis boni,& sine quo bonũ nihil esse potest.

CCCII.

Nam & ob hanc causam, auctore Platone, perpetuæ saluti, atq; incolumitati naturæ studendum est: vt pro se quisq; liberos suos, è statione decedens, tanquam hæredes Deo cultores substituat:&in decursu his lampada tradat.

CCCIII.

Iam verò,quod ad effectum matrimonij attinet:si quidem hoc sit iustum,ac legitimum:partim vis eius in patria potestate adipiscenda cõsistit:per quam is,qui ex eo procreatus est,& filiusfamiliàs,& suus legitimusq; patri fit hæres. *Effectus siue Euenta.*

CCCIIII.

Partim verò in diuini, & humani iuris communicatione:de qua Modestinus loquitur:qua

ſit, vt vxor viro legitimè iuncta, fortunarum, & ſacrorum ſocia: vtque domus ille dominus, ita hæc ſit domina: quemadmodum vetus lex Romuli habet.

CCCV.

Neq; ſolùm domicilij & fori, ſed etiam familiæ, & dignitatis vxor ſit particeps ipſius mariti.

CCCVI.

Quòd ſi verò iniuſtum ſit matrimonium, hoc eſt, legibus vel moribus interdictum: ſanè tunc pœna eius ciuilis eſt: vt nec vir, nec vxor intelligatur.

CCCVII.

Quippe, nec nuptiæ, vt ait Imp. nec matrimonium intelligitur: ſine quo vir, aut vxor nemo dicitur: adeò vt nec à principe confirmari ſoleat eiuſmodi matrimonium.

CCCVIII.

Immò, ſecũdum Modeſtinum, nec cognatio, nec affinitas vlla eſſe poteſt: niſi nuptiæ nõ interdictæ ſint, ex quibus affinitas coniungitur.

CCCIX.

Sed nec liberos ex eo matrimonio natos haberi iuſtos conſtat: verùm ſpurios, aut vulgò cõceptos: qui patrem ciere, aut ſaltem honeſtè non poſſunt.

CCCX.

Quoniam vbi non eſt connubium, partus ſequitur ventrem, teſte Vlpiano.

CCCXI.

Et pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant; ſine quibus

quib. profectò vt incerta eius demonstratio,ita difficilis probatio est.

CCCXII.

Cuius rei consequens est illud, neque in potestate patria eiusmodi liberos esse: neque iure suorum hæredum patri ab intestato succedere,

CCCXIII.

Sed perinde ac spurios, ac vulgo quæsitos matri tantùm vnà cum legitimis liberis, succedere: nisi fortasis ex causa status eorum à principe confirmetur.

CCCXIIII.

Quò etiam accedit illud,quod in his nec dos intelligitur,nec propter nuptias donatio:quoniam hic matrimonium nullum est: neque verò,secundum Vlpianum.propter iniustum matrimoninm capi quicquam potest.

CCCXV.

Ideoque si qua dos solenniter data aut promissa fuit,fisco ea vindicatur,ex rescripto Arcadij & Honorij Impp.

CCCXVI.

Adeoq; omne illud quod perceptum est,frùctuum nomine aufertur,auctore Paulo.

CCCXVII.

Pœna autem incestus, & nefarij concubitus criminalis,pro modo ipsius delicti,& qualitate personæ,aliquando est, vel bonorum publicatio, vel exilium, vel fustuarium, vel denique mors,aut supremum supplicium: quod & Mosaica,& XII.tab.lege ita sancitum fuit.

CCCXVIII.

Nihil enim, ſecundum Papinianum, pęna inceſtus differre videtur ab ea, quæ lege Iulia in adulteros conſtituta eſt: cuiuſmodi eſt pœna gladij: quæ etiam lege Carolina comprobata eſt, art. 117.

CCCXIX.

Quanquam ſemper, quum ex latere quis cognatam, vel affinem duxerit, quam vetatur vxorem ducere: ſi palàm hoc fecerit, leuiùs, tanquá errans: ſin autem clàm, tanquam contumax, grauiùs punitur.

CCCXX.

Adiūcta, ſiue adiacentia. Planè, quoniã dotis paulò ante facta eſt mentio: ſine dote nuptiæ celebrari quidem poſſunt.

CCCXXI.

Sed dos ꝓpter nuptias, & ſine nuptiis quidē dos nulla intelligitur: ꝓpter q̃ fit donatio: quæ ꝓpter nuptias dicitur; quarũ illa vxoris, hęc viri propria eſt.

CCCXXII.

Et poteſt ſanè fieri iſta donatio, etiã cõſtante matrimonio. vt ea quaſi ἀντιφέρνα, id eſt dotis q̃dam cõpenſatio, & quaſi remuneratio eſſe intelligatur.

CCCXXIII.

Cæteroquin ſimplex inter virum & vxorem donatio iure ciuili nõ valet: ne, vt Vlpianus ait, mutuo amore ſe inuicem ſpoliēt coniuges: aut, vt Paulus, ne venalitia ſint matrimonia.

CCCXXIIII.

Cognata. Porrò cognatum, & affine ius matrimonio eſt Contubernium: quod ſeruile connubiũ eſt:

vnde & contubernalis, iure ciuili serui coniux nominatur: quoniam vxoris nomen in libera ponitur, quod tamen iure Canonico hodie nō obtinet.

CCCXXV.

Similis est & huic Concubinatus: id est, coniugalis consuetudo, absque nuptiis contracta: quam cœlebs vir habet cum ea muliere, quæ legibus vxor esse poterat.

CCCXXVI.

Quæ quidē coniunctio iure ciuili extra pœnam legis est: quo per concubinatum non committitur adulterium, teste Martiano.

CCCXXVII.

Modò tamen is, qui concubina vtitur, aliam vxorem non habeat: quia secundum Paulum, eo tempore, quo quis vxorem habet, id est, vt Imperator Constantinus loquitur, constante matrimonio, concubinam habere non potest.

CCCXXVIII.

Iure autem Canonico rectè concubinatus damnatur crimine adulterij: ne culpæ aliqua hoc modo vsurpetur auctoritas.

CCCXXIX.

Postremò repugnant matrimonio modi potissimùm duo, quibus soluitur. *Repugnantia, siue contraria.*

CCCXXX.

Soluitur autem vel natura, vel lege.

CCCXXXI.

Natura quidem, veluti morte alterius coniugis.

CCCXXXII.

Matrimoniorum ſiquidem terminum mors excipit: quæ ex æquo ſoluit omnia, vt ait Imperator Nouel. 22.

CCCXXXIII.

Itaque mortuo vno coniuge, licet alteri ſuperſtiti nouam conditionem quærere.

CCCXXXIIII.

Niſi quod mulier intra annũ, quo luget maritum, iure ciuili nubere prohibetur, ſub pœna infamiæ: quod tamen iure Pontificio ei remiſſum eſt.

CCCXXXV.

Lege autem ſoluitur matrimonium, vel repudio, vel diuortio.

CCCXXXVI.

Quamuis propriè inter virum & vxorem fieri diuortium: repudium verò ſponſæ remitti dicitur: aliquando tamen in vxoris perſonam non abſurdè hoc cadere vult Modeſtinus.

CCCXXXVII.

Conſenſu quidẽ ſolo licita matrimonia contrahi poſſe: ſed non, niſi miſſo repudio, aut facto diuortio, diſſolui poſſe, manifeſtum eſt.

CCCXXXVIII.

Et quanquam ſoluitur interdum coniugium bona gratia: id eſt, vt Plutarchus loquitur, μετ' εὐφημίας: hoc eſt, ſine querela, & libello repudij: quod fit potiſsimùm in debilitate, & captiuitate, & ſeruitute.

CCCXXXIX.

Magis tamen rationi consentaneum est: nudo consensu temerè dissolui non debere, sed ex iusta demum, legitimaque causa: ac præterea forma quadam certa,& solennitate adhibita.

CCCXL.

Sed diuortij quidem vna est causa iusta,& legitima, ex Christi ipsius præscripto: fornicatio nimirum,siue adulterium.

CCCXLI.

Quod de fornicatione etiam spiritali,quę est idolatria,siue hæresis,interpretari videtur Apostolus: quum præsertim accedit malitiosa desertio. 1.Corinth.7.

CCCXLII.

Nec à vero aliena est eorum sententia: qui adulterij nomine omne aliud flagitium, aut crimen intelligendum esse putát: quod rationem habet adulterij, id est, λόγον πορνείας, vt in Græco textu legitur: cuiusmodi est crimen læsæ maiestatis, homicidium, latrocinium, sacrilegium, veneficium,& id genus alia: quæ & ipsa iure ciuili causam præbent diuortio: quod & lege Romuli,& Mosaica ita constitutum fuit.

CCCXLIII.

Quanquam si in criminibus eiusmodi coercendis, quæ capitalia sunt,officium faciat Magistratus: non tam lege, quàm natura soluitur coniugium: altera persona nocéte per mortem ita è medio sublata.

CCCXLIIII.

Iure autem Pontificio matrimonium, ſi ritè contractum, & copula conſummatum ſit, non tam dirimitur: ne quidem ob cauſam adulterij, quàm interrumpitur: ſeparatione nimirum facta, ſaltem quò ad menſam & torum.

CCCXLV.

Quod ius etſi ferè in matrimoniis obſeruatur: tamen non ſine ratione, quod ad hanc rem pertinet, reprobatur paſsim hodie in Curiis Eccleſiaſticis: in quibus alter duntaxat coniugũ, qui cauſam præbet diuortio, nouo prohibetur matrimonio: facta alteri nubendi poteſtate, ſi hoc velit, qui inſons eſt, aut innocens.

CCCXLVI.

Quòd ſi quis ream adulterij, & ob id à marito repudiatam, vxorem duxerit: reus fit adulterij: ex ſententia ipſius Chriſti apud Matth. cap.5. & 19.

CCCXLVII.

Quemadmodum & iure ciuili rea adulterij facta, nec ante damnationem, viuente marito, vxor duci poteſt, auctore Modeſtino.

CCCXLVIII.

Quanquam maritus eam, quam ream adulterij poſtulauit, iure mariti, nõ prohibetur poſt abolitionem denuò vxorem ducere.

CCCXLIX.

Sed & ſi nõ iure mariti ream poſtulauit, iure contractum matrimonium exiſtimat Papin.

Soluto

CCCL.

Soluto autem matrimonio, per mortem aut diuortium viri, solui dos mulieri debet.

CCCLI.

Licet enim dos constante matrimonio in bonis viri est: tamen eadem est in iure vxoris: & post diuortium, veluti res vxoria, peti potest.

CCCLII.

Nam & publicè interest, dotes mulieribus conseruari, sobolis procreandæ, & ciuitatis liberis replendæ gratiâ: quò fit, vt earum causa semper & vbiq; sit præcipua, teste Pomponio.

CCCLIII.

Quôd si tamen ob mulieris adulterium, aliámue culpam, solutum sit matrimonium: dotis exactioni semper locus non fit.

CCCLIIII.

Quemadmodum & ob impensas in re dotali factas, aut ob res amotas, maritus interdum retinere dotem potest.

CCCLV.

Sed furti tamen cum ea, quam societas vitæ, secundum Paulum, quodammodò facit dominam, ob res amotas agere non potest.

CCCLVI.

Quoniam, teste Caio, in honorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem negatur.

CCCLVII.

Quæ si tamen post diuortium easdē res contrectat, etiam furti tenetur.

CCCLVIII.

Quòd si vxor soluto matrimonio prægnans esse dicatur: si quidem ipsa hoc postulet: omninò partum agnoscere, atque alere maritus cogitur.

CCCLIX.

Sin verò ea neget, marito affirmante: venter inspici, & partus custodiri debet:

CCCLX.

Ipsaque adeò tunc mulier, mortuo marito, adhuc prægnans, ventris nomine mittitur in possessionem bonorum.

CCCLXI.

Liberis verò superstitibus, si quidem impuberes sint, tutores: sin adulti, curatores dantur; à lege, vel magistratu: quoties testamento à patre his dati non fuerint.

FINIS.

INDEX RERVM, SENTENTIARVMQ. INSIGNIORVM, QVAE IN HIS CONSVLTATIONIBVS CONTINENTVR.

Duobus

Filius

Libi-

Matri-

Paren-

Seruus

FINIS.